

**05**

**A**

**245**





I. N. J.  
DE

# BENEFICIIS

SPIRITUS SANCTI

DISSERTATIO THEOLOGICA SOLENNIS,

QVAM

IN ELECTORALI AD ALBIM ACADEMIA,

PRÆSIDE

VIRO MAXIME REVERENDO, AMPLISSIMO

ATQVE EXCELLENTISSIMO

DN. JOHANNNE *Deutschmann*/

SS. THEOL. DOCT. ET PROF. PUBL.

ET ALUMNORUM ELECTORALIUM EPHORO

DOMINO PATRONO SUO OBSERVANTER

COLENDO.

PRO IMPETRANDA

LICENTIA

SUMMOS IN THEOLOGIA

CAPESSENDI HONORES

AD PUBLICAM ET PLACIDAM

COLLATIONEM SISTIT

M. PAULUS PHILIPPUS RÖBERUS,

WITTEB. ECCLESIAE FREIBERGENSIS AD

D. JACOBI PASTOR

IN AUDITORIO MAJORI

AD. D. IV. JULII

HORIS ANTE ET POMERIDIANIS

---

Typis MICHAELIS MEYERI.

Anno 1671.

VIRIS.  
NOBILISSIMIS. AMPLISSIMIS. CONSUL-  
TISSIMIS. PRUDENTISSIMIS. ATQVE.  
SPECTATISSIMIS.

INCLUTI. SENATUS. FREIBERGENSIS.  
PATRIBUS.

DNN.

05 A 245  
CONSULLIBUS.  
CAMERARIIS.  
PRÆTORIBUS.


ET. RELIQUIS. ORDINIS. SENATORII.  
MEMBRIS. DIGNISSIMIS.

DNN. PATRONIS. FAUTORIBUS. AMICIS.  
ET. EVERGETIS. LIBERALISSIMIS.  
AQVE. AC. BENIGNISSIMIS.

DISPUTATIONEM. HANC. INAUGURALEM.  
CUM. PRECUM. INDEFESSARUM. STUDIORUMQVE.  
PROMPTISSIMORUM. OBLATIONE.  
JURE. MERITOQVE.  
DAT. DICAT. CONSECRAT.

M. PAULUS. PHILIPPUS. RÖBERUS.  
AD. D. JACOBI. PASTOR.





IN NOMINE JESU!

DISSERTATIO THEOLOGICA  
SOLENNIS

DE

SPIRITUS SANCTI  
BENEFICIIS.



*Quotus homo Dei beneficium, & quicquid ipse vel ad vitam naturalem, vel ad spiritualem, vel ad caelestem requirit, ex divinorum beneficiorum thesauro procedit. Admirabilem divinorum beneficiorum officinam in regno potentiae deprehendimus, dum, quicquid in macrocosmo cernimus, ad microcosmi, vel hominis felicitatem per se destinatum esse novimus. Majoris admirationis est officina divinorum beneficiorum, quam in regno gratiae per verbum Dei revelatum credimus. Nihil enim in caelis sibi Deus omnis gratiae servavit, sed omnia nobis liberaliter communicavit. Ipse Deus Pater nobis paterni cordis abyssum aperuit, & totum mare gratiae, vel misericordiae per corda nostra diffudit. Nam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis Rom. V. 5. Deus Filius, cordis paterni fetus unicus, nostrum donum, quia sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed vitam aeternam habeat Job. III. 16 & sic puer natus est nobis, & Filius datus est nobis Esa. IX. 6. Et ipse Spiritus Dei proprius noster est spiritus, dum non accepimus Spiritum*

A

ritum

ritum servitutis in timorem, sed accepimus spiritum adoptionis, in quo  
clamamus Abba, Pater, & hic spiritus testimonium reddit Spiritui nostro,  
quod sumus filii Dei Rom. IX. 15. 16. quotquot igitur Spiritus Dei a-  
guntur, hi sunt Filii Dei. V. 14. Angeli quoque, militiae caelestis ex-  
ercitus, nobis donantur, ut omnes sint spiritus administratorii, in  
ministerium emissi propter eos, qui salutis hereditatem adepturi sunt  
Heb. I. 14. hinc castra metantur circa timentes Dominum Psal.  
XXXIV. 8. sunt comitantes & obviantes Mahanaim Gen. XXXII.  
2. currus & equi prorsus igniti II. Reg. VI. 17. Et quicquid alias  
caelum possidet, illud ex mera gratia credentibus est destina-  
tum, adeoque sic inter dona, vel beneficia Spiritus Sancti non imme-  
rito numeratur, dum hic solus fidem in nobis operatur, ut nobis  
per fidem omnia largiatur. Maximae denique dicitur admirati-  
onis officina divinatorum beneficiorum, quam in regno gloriae de-  
mum post beatum ex hac vita transitum speramus & expe-  
ctamus, quia nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor homi-  
nis descendit, quae Deus diligentibus se praeparavit I. Cor. II. 9.  
Nam aeternae vitae bona tam multa sunt, ut numerum, tam ma-  
gna sunt, ut mensuram, vel modum, tam preciosa sunt, ut aesti-  
mum omne prorsus excedant. Et tamen in omnibus Spiritus  
Sanctus omnia potenter & salutariter operatur I. Cor. XII. 6. Sic  
igitur vere dicitur, Totus homo Spiritus Sancti beneficium, omnis ho-  
mo Spiritus S. beneficium, semper homo Spiritus S. beneficium, In omni-  
bus homo Spiritus S. beneficium, Ubiq; pariter homo Spiritus S. benefi-  
cium. Hominis igitur, & magis hominis fidelis, maxime Theologi di-  
citur officium, semetipsum contemplari, deque Spiritus Sancti be-  
neficiis erga se, vel in se, juxta verbum Dei patefactum,  
semper aliquid meditari, cum primis hoc tempore Pentecostali,  
quo Christianorum Ecclesia, solennitate quadam anniversaria, Spi-  
ritum S. beneficiorum Autorem, & ipsa beneficia, piis & impiis, pæni-  
tentibus & impænitentibus per verbum communicare cona-  
tur. Nos igitur hujus officii pietatis non immemores erimus,  
sed oblata solempni quadam occasione, hoc tempore Pentecostali,  
per Candidatum aliquem Theologiae, de Beneficiis Spiritus S. solennem  
Disputationem instituemus. Ut autem in hoc labore nostro sa-  
cro de praesentia & beneficentia Spiritus Sancti gaudere, nostrumq;  
pro-

propositum feliciter in & ab eodem promovere queamus, i-  
 plū *Spiritus S.* in hac laboris devoti partes vocam⁹ Eumq; con-  
 siveris *Ecclesie* suspiriis invocamus: *Veni Sancte Spiritus, Et emitte*  
*cælitus Lucis tuæ radium: Veni Pater pauperum, Veni dator munerum,*  
*Veni lumen cordium. Consolator optime, Dulcis hospes animæ, Dulce*  
*refrigerium. In labore requies, in æstu temperies, in fletu solatium. Q*  
*lux beatissima, reple cordis intima Tuorum fidelium. Sine tuo numine Ni-*  
*hil est in homine, nihil est innoxium. Lava, quod est sordidum, Riga,*  
*quod est aridum, Sana, quod est saucium. Flecte, quod est rigidum, Fo-*  
*ve, quod est frigidum, Rege, quod est devium. Da tuis fidelibus, In te*  
*confidentibus, Sacrum Septenarium, Da virtutis meritum, Da salutis*  
*exitum, Da perenne gaudium. Hoc Autore, hoc Datore, hoc Du-*  
*ctore & Directore nunc ad sacrum hoc negotium progredimur, &*  
*Doctrinam de Spiritus Sancti Beneficiis ingredimur! Sit igitur*

### THESIS.

1. Quod attinet præsentem de *Spiritus Sancti Beneficiis* do-  
 ctrinam, ea suo quodam jure devotam & accuratam tractati-  
 onem meretur. Est enim (1) *Divinæ dignitatis*, cum autor i-  
 psoꝝ sit *verus Deus, & summus Jehova*, cui debetur omnis glo-  
 ria *veræ dignitatis*, unde *Seraphim*, *Esa. VI. 3.* per *Angelicum illud,*  
*Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus, Deus Exercituum, plena est omnis*  
*terra gloria ejus, Spiritum Sanctum etiam religiosa veneratione*  
*celebrarunt & coluerunt*, interprete *Paulo Act. XXII. 25.* Et  
 ipsa *beneficia* hæc sunt *cælestis sapientiæ, bonitatis & potentie my-*  
*steria*, quæ posita sunt ὑπὲρ νοῦν, ὑπὲρ λόγον, ὑπὲρ πάντα κατὰ ἄλ-  
 ψιν, adeoque dignitatem eminentissimam secum habent, quæ  
 non tam evidenter ab intellectu nostro cognoscitur, quam  
 firmiter à fidei *Christianæ simplicitate* creditur. (2) *Divi-*  
*næ autoritatis*, quia nihil de *Spiritus S. beneficiis*, quæ talibus, tra-  
 dit *natura*, nec quicquam eorum per se novit *ratio nostra*, sed  
 quicquid de iis vel cognoscitur, vel creditur, sola docet *scriptura*,  
 quæ folius *divinæ revelationis*, adeoque non *humana*, nec *ange-*  
*licæ*, sed *divinæ tantum autoritatis* hæc doctrina. [3] *Divinæ ju-*  
*cunditatis*: nam *Spiritus Sanctus*, ut est *Spiritus amoris & autor o-*  
*mnis veræ voluptatis & jucunditatis*, ita *beneficia Spiritus* hujus me-  
 ram

ram miramque spirant iucunditatem. Hinc fructus spiritus Gal. V. 22. dicuntur Charitas, gaudium, pax, benignitas, bonitas, fides, modestia, continentia, ex quibus singulis nihil magis, quam veram iucunditatem vel observare, vel cordibus nostris fiducialiter applicare possumus. Per hunc Spiritum nulla penes nos reperitur timiditas, sed vera manet in nobis fidei, vel fiducia Christianae iucunditas. Noli timere, dicit Dominus apud Esa. XLIV, 2. *serve meus Jacob, & rectissime, quem elegi. Effundam enim aquas super sitientem, & fluent a super aridam: effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam: & germinant inter herbas, quasi salices juxta praeterfluentes aquas.* Hic Spiritus Dominus est, 2. Cor. III. 17. ubi autem Spiritus Domini, pergit Apostolus, ibi libertas: addimus & hoc, ubi vera libertas, ibi mera iucunditas. (4) *Divinae fertilitatis, vel utilitatis.* Nam beneficiorum Spiritus Sancti prorsus admirabiles, penitus innumerabiles, & nunquam satis aestimabiles fructus credere quidem possumus, sed nec mente cognoscere, nec lingua recensere valemus. Nam datur, juxta Bernhard. serm. 3. de festo Pentecost. Spiritus Sanctus ad usum, ad miraculum, ad salutem, ad auxilium, ad solatium, ad fervorem. Ad usum vitae, bonis, malis, dignis pariter & indignis, communia bona abundantissime tribuens: ad miraculum, in signis & prodigiis. Ad salutem, cum in toto corde nostro revertimur ad Dominum Deum nostrum. Ad auxilium, cum in omni colluctatione adjuvat infirmitatem nostram. Ad solatium, cum testimonium perhibet Spiritui nostro, quod filii Dei sumus. Ad fervorem, cum in cordibus perfectorum vehementius spirans, validum ignem charitatis accendit: ut non solum in spe filiorum Dei, sed etiam in tribulationibus glorientur, contumeliam gloriam reputantes. Et ipse Christus inquit Job. XVI. 7. *Ego veritatem dico vobis: Expedi vobis, ut abeam: si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos: & cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de justitia, & de iudicio: de peccato quidem, quia non crediderunt in me: de justitia vero, quia ad Patrem vado, & jam non videbitis me: de iudicio autem, quia princeps mundi huius jam iudicatus est &c.*

2. Ut



2. Ut autem propius ipsum *Causa* caput accedamus, & doctrinam de *Beneficiis Spiritus Sancti* paulo clarius expediamus, tria potissimum annotare placet. I. *Beneficiorum Spiritus S. certissimam Existentiam*. II. *Beneficiorum Spiritus S. divinis- simam Naturam* III. *Variam Beneficiorum Spiritus S. differentiam, vel æconomiam.*

3. De *Beneficiorum Spiritus Existentia* prolixiores haud erimus, cum apud veros Christianos ea sit in confesso. Paucis tamen fundamenta quædam magis allegabimus, quam explicabimus. Probatum igitur *beneficiorum Spiritus existentia* (1) *ex Spiritus natura*, quia verus DEUS est. DEI verò proprium est & bene velle, & bene facere: dum igitur actus purus est & perpetuus, semper ejus inde rō *benefacere* colligitur, ac proinde perpetua sunt Spiritus beneficia. (2) *Ex Spiritus S. persona*: quia procedit à Patre & Filio non tantum *ad intra*, sed etiam *ad extra*, dum à Patre & Filio mittitur Job. XIV. 26. c. XV. 26. c. XVI. 7. Mittitur autem non frustra, cum DEUS & natura nihil faciant frustra, sed ad varios usus & fructus, qui nihil aliud sunt, quam vera beneficia: cum primis quia Spiritus S. & amoris inter Patrem & Filium communio, seu vinculum, sicut habet August. de Trinit. lib. 7. c. 11. Spiritus S. est ineffabilis Patris & Filii communio. Item lib. 6. Spiritus S. commune est aliquid Patris & Filii, quicquid illud est. At ipsa Communio consubstantialis & coeterna, quæ si amicitia convenienter dici potest, dicatur: sed aptius dicitur *charitas*, & hæc quoque substantia est, & DEUS est *charitas*. Sunt inquit B. Chemnit. loc. de Spir. S. c. 1. *piæ cogitationes Patrum: Tertiam personam divinitatis ideo vocari Spiritum S. appellatione tali, quæ communis est primæ & secundæ personæ: quia Spiritus Sanctus est commune aliquid Patris & Filii, scil. consubstantialis amor & letitia inter Patrem & Filium.* Dum igitur Spiritus amoris est ratione personæ procedentis à Patre & Filio, ideo nos etiam amat, & beneficiis nos undiquaque coronat. (3) *Ex Spiritus S. titulis*, quia vocatur Spiritus κατ' ἐξ ὀνόματι respectu creaturarum, vel κατ' ἰδιονομίαν peculiarem, respectu reliquarum personarum, dum ipse beneficia creaturis adspirat & applicat. Spiritus Patris vocatur Matt. X. 20. qui non potest non bene velle, vel etiam bene-

facere, cum hoc unicum Spiritus paternus intendat & attendat, sicut etiam in creaturis observare licet. Spiritus Christi Rom. II. 9. qui totus noster, est, & unctus est pro consortibus suis Psal. XLV. 8. sine mensura Job. III. 34. ut esset plenus gratia & veritate Job. I. 14. & ex ejus plenitudine nos omnes acciperemus gratiam pro gratia Job. I. v. 16. hinc per Christum Spiritus Christi quoque noster Spiritus, & unctio nostra vocatur I. Job. II. 27. Unctio, quam accepistis ab illo, scil. Christo, docebit vos omnia. &c: (4) Ex Spiritus epithetis, elogiis vel attributis, quorum satis multa DEI verbum exhibet, iisque beneficiorum existentiam luculenter satis docet. Vocatur Spiritus bonus Neb. IX. 20. Spiritum eorum bonum dedisti eis, qui doceret eos. Psal. CXLIII. 20. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: Bonus autem dicitur, non tantum ratione sui, propter bonitatem essentialem, sed etiam ratione nostri, propter bonitatem causalem, h. e. propter innumera beneficia. Psal. LI. 12. dicitur Spiritus rectus, firmus, principalis, dum recta, firma, & principalia beneficia fidelibus communicat. Spiritus vivificans Job. V. 63. Spiritus vita Rom. II. 2. Spiritus Sanctificationis Rom. I. 4. Spiritus sapientiae & revelationis Apoc. XIX. 10. Spiritus adoptionis, vel filiationis Rom. II. 15. Spiritus sapientiae & intellectus, Spiritus consilii & fortitudinis, Spiritus scientiae & timoris Domini Esa. XI. 2. Spiritus gratiae & precum Zach. XII. 10. &c: quae singula cum aliis elogiis beneficiorum Spiritus existentiam apodicticè comprobant. (5) Ex Spiritus Sancti diversis officiis. Hic enim vere dicitur, quod officium sit propter beneficium, cum ex officio Spiritus Sancti mera fluant beneficia. Nam sive Didacticum, sive Elencticum, sive Paraneiticum sive, Epanortoticum, sive Paracleticum, vel quodvis aliud officium, his vel coordinatum, vel subordinatum consideremus, ex illis ad nos mera beneficia promanere deprehenduntur. Nec plura nunc allegare volumus, quae pro beneficiorum existentia producere possimus.

4. Ex his apparet facile, quod Epicureorum sententia, juxta quam omnia, quae fiunt & geruntur, caeca fortuna, vel casibus fortuitis subjiciuntur. Licet enim dicatur Eccles. IX. 11. Tempus & Casus valent in omnibus; tamen observandum est, quod haec non respectu DEI, vel Spiritus divini, sed respectu nostri dicantur,

cur,

it. erronea

eur, quorū respectu verissimū est, quod homines *tempori servire*,  
vel etiam in suis actionibus *casibus variis* se, rerumq; suarum e-  
ventum submittere necessum habeant. Nam hominum *pru-*  
*dentia finita*, sapius etiam *caca* vel *in totum*, vel *in tantum*, adeoq;  
varios *defectus*, vel *casus* effugere nequit: sed respectu *DEI* nec  
*fortuna*, nec *casus* locum aliquem invenit. Et si quis integra  
*Viri Sapiensis* verba noraverit, rectius *sensum verum* colligere  
poterit: *Vertime*, dicit *Salomon*, *Et vidi sub sole, nec velocium esse*  
*cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec intelligentium*  
*divitias, nec artificum gratiam: sed tempus, casumq; in omnibus.* Ne-  
scit homo *tempus suum*, sed sicut *pisces capiuntur hamo malo*, *Et aves*  
*laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo,*  
*cum eis ex templo supervenerit.* In quibus omnibus miseriam &  
incertitudinem hominum deplorat, non autem divinam direc-  
tionem, vel *DEI beneficia* negat. Nam rerum humanarum  
*successus & eventus* non in *manibus hominum* positi, vel dispo-  
siti sunt, sed *ὡς ἔστι θεῶν κείτων*, quicquid hominibus accidit,  
dum *DEus*, vel *Spiritus ejus* in *bonis beneficia*, sed in *malis judicia*  
sua dispensat. Ab hac autem *Spiritus DEI dispensatione*, vel *gub-*  
*ernatione*, prorsus omnis *fortuna*, vel *casus* exulat.

5. Præterea circa beneficiorum *Spiritus Sancti* veram  
existentiam errant omnes illi, qui vel *essentialem Spiritus hujus*  
*existentiam*, cum *veteribus & recentioribus nonnullis hæreticis*,  
vel *æternam ejus præexistentiam*, cum *Socinianis & Anabaptistis*,  
vel *divinam ejus essentiam* cum *Socinianis recentioribus & Mace-*  
*donianis veterioribus*, vel *divinam ejus subsistentiam* cum *Præ-*  
*xeanis, Samosatēnianis, Sabellianis & Socinianis*, inficiantur. Ta-  
lia siquidem *divina beneficia* credere, vel *Spiritus Sancto* tribu-  
ere non possunt, nisi qui *Spiritum Sanctum verum, æternum, &*  
*omnipotentem ac vere subsistentem, & per omnipotentem virtu-*  
*tem personaliter operantem DEum* confitentur.

6 Quod attinet *Naturam, vel Essentiam divinorum bene-*  
*ficiorum Spiritus S.* non ea quidem penitus explicari, vel cogno-  
sci potest, cum verum sit *mysterium, Spiritum Sanctum*, ejusq; vel  
*opera, vel beneficia* cognoscere; *mysteria* verò sunt *ὡς ἐστὶν ἰσὺς,*  
*ὡς ἐστὶν λόγος, ὡς ἐστὶν πνεῦμα κατὰ πληρῶς* posita, quæ nec plenam  
Sermo-

sermonis explicationem, nec planam mentis cognitionem, vel apprehensionem admittunt: interim juxta *causarum* ordinem aliquid ex scripturis divinis meditari placet. Qua ratione primum *causam Efficientem*, post *causam materialem*, de hinc *causam formalem*, deniq; *causam finalem beneficiorum Spiritus Sancti*, *παχυλῶς*, quoad materiae sublimitas, & nostræ mentis imbecillitas, illud ferunt, ex verbo DEI contemplantur.

7. Et certe sicut *nomina rerum* ipsarum *Symbola* vulgo dicuntur ita pariter ex ipsa denominatione *Beneficiorum Spiritus Sancti*, quodammodo *natura beneficiorum* istorum colligitur, & *causarum* ratio cognoscitur. Dum igitur *Beneficia Spiritus Sancti* vocantur, ad *Spiritum Sanctum*, tanquam ad *causam Efficientem* non immerito referuntur.

8. Est igitur *Beneficiorum nostrorum causa* non alia, quam *Spiritus Sanctus*, quod multis vel probari, vel illustrari posset, nisi res omnis in aprico posita foret. Argumenta tamen nonnulla breviter magis indicabimus, quam operosius explicabimus. Patet id ipsum (1) *ex ipsa denominatione*, quia vocantur *beneficia Spiritus Sancti*: *beneficia* verò communiter ad *causam* suam non in *casu recto*, sed *obliquo* referuntur, & ab eadem *denominationem* atq; *determinationem* consequuntur, sicut vulgo notissimum. (2) *ex Spiritus Sancti ratione*, quia *Spiritus* est *actus*, & hic *Spiritus* est *bonus*, adeoq; *bonus*, vel etiam *optimus* & *purissimus actus*, qui non potest *beneficia* non operari, cum primis propter *infinitam* suam *bonitatem*, qua creaturis & vult & potest prodesse. (3) *ex scripturae testificatione*, quæ passim de *beneficiis Spiritus Sancti* clarissima testimonia profert, eaq; non aliter ad *Spiritum Sanctum*, quam ad *causam principalem* refert. Illustris est locus I. Cor. XII. 3. seqq. Notū vobis facio, scribit Paulus Corinthiis, quod nemo Spiritu in DEI loquens, dicit anathema Jesum. Et nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu Sancto. Divisiones verò gratiarum sunt, idem autem Spiritus. Et divisiones administrationum sunt, idem autem Dominus. Et divisiones operationum sunt, idem verò DEUS, qui operatur omnia in omnibus. Unicuiq; vero datur manifestatio Spiritus ad utilitatem: alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ secundum

dum eum spiritum, alteri fides in eodem spiritu: alii gratia sanctorum  
in eodem spiritu, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio  
spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio linguarum. Hæc  
autem omnia operatur unus, atq; idem spiritus, dividens singulis, prout  
vult. (4) ex causali beneficiorum ad Spiritum Sanctum relatione, quam  
multis secundum scripturæ ductum, ipse Spiritus Sanctus incul-  
cat. Sed hæc & alia nunc dimittimus.

9. Quando verò Spiritum Sanctum causam beneficiorum di-  
vinorum dicimus, intelligimus (1) non causam ministerialem,  
quemadmodum olim Ariani finxerunt, Spiritum Sanctum Patri,  
Filioq; non æqualem esse, sed utriusque ministrum, vel servum:  
Verum Spiritus Sanctus Dominus est 1. Cor. XII. 5. & vera datur  
sub hoc Domino διακονία τῷ πνεύματι 11. Cor. III. 8. quæ respe-  
ctu beneficiorum gratiæ Ministeri Ecclesiæ comperit. (2) neque Cau-  
sam instrumentalem, sicut olim itidem Ariani Filium Patri, Spiritum  
Sanctum Filio, tanquam instrumentum, subordinare voluerunt, &  
Filium creaturam, Spiritum S. creaturam creature dixerunt. Nec  
abluunt hodie Sociniani, sicut videre licet apud Socin. adv. Wu-  
jeck p. 460. Id singulariter, inquit, non sine causa animadverten-  
dum est, nunquam, nisi fallor, in sanctis literis Spiritui Sancto tribui di-  
serte, quod quicquam creet, sed Dei Spiritu, seu per Dei Spiritum alicu-  
bi fortasse creatas res dici, tanquam videlicet INSTRUMENTO,  
seu PER INSTRUMENTUM. Confer. Schlichting. de Trinit.  
contra Meissn. p. 358. 359. Verum Spiritus est rerum principium  
Gen. I. 2. non instrumentum, est ipse Jehova, suorumq; beneficio-  
rum causa primaria, non causa quædam organica. (3) neque causam  
aliquam intermediam, sicut iterum fingunt Sociniani. Nam Crel-  
lius lib. de Deo & Attrib. div. c. 22. p. 155. scribit: Est igitur Spiritus  
ille qualitas quædam inter potentiam illam (videl. Dei) & effectus  
manifestiores, qui vel internis, vel externis hominum sensibus percipiun-  
tur, INTERMEDIA. Item tract. de Spir. Sancto p. 73. quod sit  
mera tantum qualitas, à Deo profecta, & ad res perficiendas apta. Sic  
etiam lib. de Uno Deo Patre sect. 3. cap. 6. p. 397. scribit: Spi-  
ritus Sanctus Dei virtus est, seu efficacia, ea nimirum (ut rem obiter  
explicemus) quæ à Deo procedit, atq; in homines manans, eos sanctifi-  
cat ac consecrat, & varios atq; admirabiles in iis effectus parit, quam  
B suffla-

*sufflatum divinum appellare solent. Et Goslavius à Bebelino contra Keck. part. 1. c. 5. p. 83 contendit inter Deum creatorem & creaturam dari medium, & hinc concludit, Spiritum S. nec creatorem esse, nec creaturam, sed tertium quid realiter ab utroq; distinctum, videlicet Dei virtutem & efficaciam. Verum hunc errorem alibi refutavimus (5) neque causam aliquam vel rem creatam, qui pariter est veterum Arianorum & recentiorum Socinianorum Confer. fascic. Error. Socin. de Spirit. S. p. 136. (6) neque causam multiplicem, quæ non una sit, sed plures causas, vel Spiritus in se comprehendat, quo pacto fingunt iterum Sociniani, Spiritum Sanctum non unum tantum esse, sed plures esse Spiritus. Nam Smalzius in Exam. 157. Error. Errore 137. contendit, non unum esse Spiritum Sanctum, sed plures, & dignitate quidem inæquales. Crellius etiã lib. de U. D. P. p. 454. ita penes Deum immensam copiam esse Spiritus Sancti, ut tanquam ex fonte promanet, non secus atq; lumen à sole, aut influentia à stellis, aut calor ab igne. Verum hic error refutatus est à Venerando Dn. D. Calovio in Socinism. proflig. contr. 6. de Spir. S. (7) neque causam συνεργον, vel sociam quæ ratione Calvinianorum nonnulli fingunt, in Deitate dari tres socias causas creationis, tres autores justificationis, tria principia operationis, αἰτιον, Patrem, & συναϊλα, Filium & Spiritum S. ut ex Goclenio, Piscatore, Zanchio, Bucano, Keckermanno & aliis test manifestum. Verum ubi datur essentialis indivisibilitas, virtutis indivisibilis unitas, ibi non datur causandi societas. (8) neque causam subordinatam, quæ ratione subordinationem causalem in idem nonnulli Calvinianorum in Deo fingunt, ut manifestum est Sobnio, Gryneo, Calvino & aliis, qui Patri quandam ἐξουχὴν in operationibus præ Filio & Spiritu S. tribuunt. Verum ubi simplex essentia datur identitas & unitas, ibi non datur subordinationis causalis diversitas (9) neque causam temporalem, quasi Spiritus Sanctus in tempore demum esse cæperit, nec in V. Testamento fuerit, sed in Novo demum existentiam suam acceperit, & suas operationes, instituerit, quemadmodum Anabaptistæ somniant. Hoc equidem verum est, quod respectu operum ad extra demum Spiritus Sanctus in tempore cæperit operari, cum æternarum operationum creaturæ temporales & finita capaces non sint; ipse tamen Spiritus S. æternus est Spiritus, & ab*

*Act. 10, 2*

& ab eterno fuit actus purissimus & simplicissimus : & licet in N. T. solenniori, vel etiam evidentiori modo beneficia sua distribuerit, tamen statim cum ipso tempore suas operationes instituit, quia Verbo Domini cælis firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis exercitus eorum Psal. XXXIII. 6. & sic statim in principio temporis aquis, vel massæ productæ dicitur incubuisse, suaque virtute potentes eas fecundasse, ut postea creaturæ, secundum ordinem sapientissimum divinæ voluntati convenientem, ex eadem prodire, totumque mundum replere, vel exornare potuerit. Et in Veteri Testamento satis illustres fuerunt Sancti Spiritus operationes, & innumera ejus beneficia, nec quoad rem ipsam, vel etiam divinum aut salutarem effectum sive fructum ulla datur inter Vetus & Novum Testamentum differentia. Idem fuit in V. T. didacticum ejus officium, quia Patriarchas & Prophetas per verbi lumen de summis fidei mysteriis instruxit, & per eorum ministerium verbo revelato mediante totam Ecclesiam de mysteriis regni cælorum erudit, ut passim in V. T. legimus. Officium suum Elencticum jam ante diluviū inter homines, à lege divina juxta suæ carnis concupiscentias aberrantes, exercuit, unde dicitur Gen. VI. 3. Non judicabit, vel contendet Spiritus meus cum homine in æternum. De Paracletico quoque, sicut ex Epanorthotico & Paracletico Spiritus officio nullum dubium ei poterit esse, qui superficialiter saltem Veteris Test. libros perlegerit. (10.) Sed intelligimus hic causam principalem, summam, verè divinam, quæ Spiritus Sanctus una cum Patre & Filio divinorum beneficiorum Autor principalis atque supremus est.

10. Est autem Spiritus Sanctus causa beneficiorum divinorum (1) non ἐξαιρέτως, vel sensu exclusivo, respectu Patris & Filii, quasi solus ipse sit autor horum beneficiorum, & ab operatione beneficiorum istorum Pater & Filius excludantur; ut enim Pater, Verbum & Spiritus unum sunt, ita pariter unum operantur 1. Joh. V. 7. (2) nec ἐξουσιῶς, vel sensu autoritativo, quasi Spiritus prærogativam aliquam in his operationibus præ Patre & Filio habeat, & secundum Excellentiam beneficia talia proferat, vel autoritate majori nobis eadem conferat: nam ut Patris & Filii & Spiritus S: eadem est essentia, sic etiam Patris, Filii & Spiritus Sancti

Dilectissimi  
Humanarum

11. Joh. V. 7.

manet eadem excellentia, vel autoritas, nec ulla datur inter has personas dignitatis, vel eminentiæ disparitas. (3) nec ἐπὶ λόγῳ, vel sensu absoluto, quasi Spiritus Sanctus absolute prorsus causa beneficiorum sit, ita ut nullum ad Patrem & Filium respectum inferat: sicut enim Spiritus Sanctus, ratione sui non est absolutum quid, sed relationem ad Patrem & Filium infert, quia Patris est Spiritus Matt. X. 20. Spiritus Filii Gal. IV. 6. ita quoque ratione effecti, vel beneficiorum, non simpliciter & absolute, sed cum relatione ad Patrem & Filium operatur, unde Christus inquit Job. XVI. 13. Cum venerit ille Spiritus veritatis, ducet vos in omnem veritatem: non enim loquetur A SEMETIPSO: sed quaecumque audiet, loquetur, & quæ ventura sunt, annunciabit vobis. Ille me clarificabit, quia DE MEO accipiet, & annunciabit vobis. Omnia, quaecumque Pater habet, mea sunt, propterea dixi, quia DE MEO accipiet, & annunciabit vobis. Sicut igitur Spiritus Sanctus ea, quæ sunt Patris & Filii, loquitur à Patre & Filio, sic etiam ea, quæ Patris & Filii sunt, à Patre & Filio peculiariter operatur. (4) nec ἀμέσως, vel sensu immediato: Licet enim Spiritus Sanctus, ut verus & omnipotens Deus, omnia pro lubitu possit operari, prout vult. 1. Cor. XII. 11. sæpius etiam in extraordinariis beneficiis immediata fuerit usus operatione, quod prolixè secundum exemplorum V. & N. T. seriem demonstrari posset: tamen in ordinariis beneficiis conferendis, non tam immediate, quam immediate nobiscum agit, adeoque per certorum mediorum usum beneficia creaturis confert. (5) Sed Spiritus Sanctus est causa beneficiorum suorum ἰδιωματικῶς, & ἰδιοτροπιῶς, quia suo peculiariter modo Spiritus Sanctus sibi beneficiorum istorum productionem applicat, eadem terminat, & creaturis accommodat.

11. Dum autem modo dictum, quod Spiritus Sanctus cum certa quadam relatione sit Autor beneficiorum, observandum, quod non unius generis sit illa relatio, quam ipse Spiritus Sanctus in operatione suorum beneficiorum respicit. Nos potissimum hic quadruplex relationis genus, juxta scripturam sacram, & ipsius rei veritatem paucis explicabimus. Datur autem (1) Relatio quadam originali, respectu Patris & Filii, quia Spiritus Sanctus à Patre Filioque procedit, adeoque ratione principii beneficiorum operatio Patrem & Filium respicit, quia Pater & Filius sunt veram, unam & indivi-



*dūm, ac æternum Spiritus S. principium, quod notandum est con-*  
*tra Socinianos, qui negant, supposita Deitate, veram Spiritus San-*  
*cti originem, cum verus Deus originem, secundum ipsorum hypo-*  
*theses, habere non possit. Vid. Crell. lib. 1. de U. D. P. sect. 3. c. 11. p. 463.*  
*ideoque censent hoc Deitati Spiritus S. contrarium esse, si vera*  
*tribuat eadem origo, sicut habet Schlichting. de Trinit. p. 279.*  
*Verum dist. inter originem divinam & in essentia DEI, & inter origi-*  
*nem non divinam, vel physicam, extra essentiam DEI: divina talis ori-*  
*go potius veram Deitatem Spiritus S. confirmat, quod Spiritus S.*  
*omnino sit verus Deus, quia non aliter, quam ut verus Deus à Pa-*  
*tre, Filioq; procedit, ut verus Deus in essentia Divina subsistit, ut*  
*verus Deus in essentia divina personaliter existit, & ut verus Deus cū*  
*Patre Filioque simul ad extra respectu creaturarū operatur. Pa-*  
*ter & Filius etiam sunt unum Principium Spiracionis respectu Spiri-*  
*tus S. quod itidem contra Socinianos, observandum. Sic enim*  
*Socinus in animadv. p. 63. scribit: Spiritum S. à Patre & Filio æterna*  
*processione, tanquam AB UNO PRINCIPIO procedere, apud Sa-*  
*ctos Scriptores nunquam legitur. Nam etsi dixit Christus: Ego & Pa-*  
*ter unum sumus, quem locum ad id probandum isti afferunt, tamen hoc*  
*nihil ad rem facit, cum ibi, ut ex antecedentibus patet, non de alia uni-*  
*tate sit sermo, quam potestatis: potestatem v. illam supremam, propter*  
*quam illic unum cum Patre esse dicitur, Christo, ut homini, atq; in tem-*  
*pore, non ab æterno datam re ipsa fuisse, complura sacra testimonia evi-*  
*denter demonstrant: hæc q; inter alia Matt. XXIX. 18. Joh. V. 27.*  
*c. XVII. 2. Act. II. 36. Eph. I. 20. 21. &c. Verum ipse Socinus*  
*disput. de ador. Christi advers. Christ. Francken p. 59. fatetur, quod*  
*nec omnia dogmata præterea in S. L. legantur, nec quoad expres-*  
*sam literam inde demonstrentur. At, scribit, id, quod à me affir-*  
*matum fuerat, in controversis dogmatibus probandis, aut improbandis,*  
*necesse esse literam adferre, & id, quod asseritur, manifeste demonstra-*  
*re. Id, quod asseritur, manifeste demonstrari debere, plane concedo.*  
*Literam autem ( præsertim eo sensu, quo tu hæc verba profers ) adferre*  
*necesse esse, prorsus nego. Me autem jure hoc facere, id aperte confir-*  
*mat, quod quædam dogmata in Christi Ecclesia receptissima, non solum*  
*per expressam literam non probantur, sed ipsam sibi contrariam habent.*  
*e. g. inter omnes fere Christiani nominis homines receptissimum est, Deum*

non habere membra aliqua corporis, ut aures, oculos, nares, brachia, pedes, manus, & tamen non modo expresse & literaliter (ut vocant) id scriptum in Sacris literis non est, verum etiam contrarium omnino passim diserte scriptum extat, & Deum supra dicta omnia habere, aperissime legitur &c. Hæc igitur valet illa reguli Theologorum: Quædam in scripturis sunt, & non dicuntur, quædam in iis dicuntur, & non sunt, quædam nec in iis sunt, neq; dicuntur, quædam & in iis sunt, & dicuntur. Licet igitur  $\rho\eta\tau\omega\varsigma$  in S. L. non legatur, quod Pater & Filius sint unum Spiritus S. principium, tamen  $\kappa\alpha\tau\grave{\alpha}$   $\tau\eta\nu$   $\delta\iota\acute{\alpha}\nu\omicron\iota\alpha\nu$  ibidem hoc sæpius demonstratur. Deinde dist. inter thesin & hypothesein: licet ratione hypotheseos, vel applicationis illud Pater & Ego sumus unum, applicetur ad potestatem, tamen identitas quiditatis presupponitur, & identitas spirationis non excluditur, quam Christus Job. XVI. 13. seqq. pluribus persequitur. Confundit etiam Socinus potestatem æternam cum temporali communicatione potestatis: nam dicta citata de communicatione temporali potestatis æternæ respectu Humanæ naturæ loquuntur, quem admodum ex circumstantiis textus apparet. Denique pariter negant Sociani, quod Pater & Filius sint æternum spirationis principium. Vid. Smal. contr. Franz. pag. Nam B. Frantzius disp. de Trin. th. 48. Scripserat: Spiritus Sancti æternum & Patre & Filio processionem confitemur. Utriusq; siquidem Spiritus dicitur, & ab Athanasio Græco in symbolo, & in synodo Constantinopolitana ab utroq; procedere scribitur. Ad hæc verba respondet Smalzius: Quæ verò hæc est consequentie ratio, Spiritus S. dicitur Patris & Filii Spiritus: Ergo à Patre & Filio ab æterno procedit? Nonne hic tacite sumitur. Filium fuisse ab æterno? Quomodo n. ex Filio ab æterno procederet Spiritus Sanctus, si Filius ab æterno non esset? Veram æterna præexistentia Filii DEi probata fuit alibi. Et Spiritus etiam æternus Spiritus Heb. IX. qui tanquam Spiritus Elohim, h. e. Patris & Filii, creatoris cum P. & F. partes adimplevit. Sicut igitur Pater est æternum Spiritus principium, sic etiam Filius cum Patre rectissime Spiritus æternum principium dicitur. Cum igitur Pater & Filius sint verum, unicum & æternum spiritus principium, à quo procedit, secundum personalem originem, itidem ab hoc procedit secundum personalem operationem. Sicut enim Filius propterea non potest à se facere quicquam,

nisi

nisi quod viderit Patrem facientem Joh. V. 19. nam quaecumque fecerit ille (Pater) haec & Filius similiter facit: ita quoque Spiritus S. nec à semetipso loquitur Joh. XVI. 13. nec à semetipso quicquam operari dicitur; sed quaecumque vel audit à Patre & Filio, illa loquitur ibid. & quaecumque videt Patrem & Filium facientem, ipse similiter à Patre & Filio operatur.

12. Operatur igitur Spiritus S. beneficia divina non à se, sed à Patre & Filio, quoad hanc originalem relationem (1) ratione spirationis, quia sicut Pater & Filius ab aeterno spirant hunc Spiritum S. ita pariter ex hac spiratione possidet divinam essentiam, divinam energiam, divinam efficientiam & beneficentiam, ex qua beneficia divina promanant. (2) ratione personalis processionis, quia Spiritus Sanctus à Patre, Filioque procedit; procedit autem ab utroque tum in essendo, tum in subsistendo, tum in operando, & sic per hanc processionem à Patre & Filio beneficia divina operatur. (3) ratione personalis distinctionis, quia sicut Pater à se est, & à se operatur: Filius etiam à Patre tantum gignitur, & à Patre tantum operatur, sic etiam Spiritus S. à Patre simul & à Filio procedit, à Patre pariter & à Filio beneficia producit. (4) ratione peculiaris appropriationis, quia Pater ut fontis divinitatis operatur, Filius ut persona media Deitatis simul operatur, & Spiritus S. ut persona tertia pariter in operationibus divinis agere apprehenditur, quod ipsa scriptura distinctis particulis ostendere videtur, sicut dicitur Rom. XI. 36. Ex Ipso, & per Ipsum & In Ipso sunt omnia: nam primum communiter ad Patrem, secundum ad Filium, tertium ad Spiritum S. refertur. Hilar. lib. 2. de Trin. Unus est ingenitus Deus Pater, ex quo omnia; & unus unigenitus Dominus noster Jesus Christus, per quem omnia; & unus Spiritus donum in omnibus. Omnia ergo sunt suis virtutibus ac meritis ornata, una potestas innascibilis, ex qua omnia, una progenies, per quam omnia, perfecta species unus Unum. Sic igitur, quando dicuntur à vel ex Patre omnia, fontis & origo beneficiorum divinatorum ostenditur; quando praeterea dicuntur omnia per Filium, dextra vel manus, aut virtus omnis operationis attenditur; quando denique omnia in Spiritu S. terminis & finis operationis ac scopus applicationis intenditur. Sicut enim Spiritus procedit, ita quoque beneficium omne consum-

matur

Sed vide Erasmus.  
ib. p. 409.

archi  
matur in Spiritu Sancto, & procedit magno cum fructu ad crea-  
turas, ut per Spiritum S. creaturis multitudo beneficiorum non  
inconvenienter adspiretur & inspiretur (5) ratione sublimis ter-  
minationis, quia sicut Pater est principium divinorum beneficiorum, à  
quo sunt omnia, sic Filius est architectus quasi divinorum beneficio-  
rum, per quem sunt omnia, ex illo Prov. II X 30. & Spiritus S. terminus  
est divinorum beneficiorum, in quo sunt omnia. Sic in Spiritu S. be-  
neficia divina terminantur, consummantur, ab ipso, tanquam Spi-  
ritu DEi, propagantur, vel communicantur, & nobis creaturis  
applicantur, & per ipsum DEi spiritum in usum verum trans-  
feruntur.

13. (II) Relatio quædam formalis, quia beneficia divina,  
tanquam operationes Spiritus Sancti respiciunt divina ejus attribu-  
ta, cum alias notum sit, quod in omni Ente proprietates sequan-  
tur Essentiam, & operationes sequantur proprietates, sicut alias dici-  
tur: Non Entis nullæ sunt proprietates, vel affectiones, nullæ operatio-  
nes, sed Entis veri veræ dantur affectiones, veræ simul operationes, &  
communiter docetur, quod Essentia per suas affectiones certas e-  
dat operationes. Intelligimus autem proprietates non extra essen-  
tiales, sensu rigoroso, vel accidentales, quales in essentia divina  
non reperiuntur, quia in Deum accidens non cadit, sed essentielles,  
quia Deus non per affectiones, à se realiter distinctas, aut per natu-  
rales potentias, sed per suam essentiam, vel per proprietates realiter  
cum essentia identificatas, eminenter operatur. Hinc in formali  
processu divinorum beneficiorum respiciunt illa, tanquam opera-  
tiones Spiritus Sancti, proprietates eminentissimas & energeticas, qua-  
rum beneficio divina essentia Spiritus beneficia, tanquam opera  
gratiosa producit, & sic beneficia hæc formaliter ad divinas proprie-  
tates referuntur.

14. Sunt autem tales proprietates Spiritus Sancti (1) Divina Veri-  
tas; nam Spiritus Sanctus non tantum ut verus Deus passim in  
sacris literis introducit, sed etiam disertis verbis Spiritus veri-  
tatis dicitur, ut quando Christus inquit: Rogabo Patrem, & alium  
Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, SPIRI-  
TUM VERITATIS, quem mundus non potest accipere, quia non  
videt eum, nec scit eum. Joh. XV. 26. Cum venerit Paracletus,  
quem

quem ego mittam vobis à Patre, SPIRITUM VERITATIS, qui à Patre procedit. c. XVI. 13. Cum venerit ille SPIRITUS VERITATIS, ducet vos in omnem veritatem: imò dicitur etiam ipsa Veritas 1. Joh. V. 6. Spiritus est, qui testificatur, quoniam Spiritus est veritas. Cum igitur Spiritus S. & verus sit Deus, & Spiritus veritatis, & ipsa veritas, ideo vera quoque, non ficta, nec apparentia beneficia creaturis parare constituit.

(Pater)  
15. (2) Divina bonitas, quia sicut Deus bonus, ita Spiritus eius bonus. Spiritum tuum bonum dedisti eis, qui doceret eos, inquit Nehem. IX. 20. Hebr. יְהוָה cum א emphatico præfixo reperitur, quo designatur, quod hic principalis bonitas intelligatur, quæ sit omnium eminentissima: plures enim Dei Spiritus boni reperiuntur, cum omnis Spiritus substantiatis per se bonus dicatur, hic autem supereminens & infinita bonitas Spiritui Dei tribuitur, & apodictico symbolo notatur, ut ab omnibus attendatur. Et notum est, quod א significet (1) bonum honestam & cum dignitate, vel majestate conjunctum, quod dignitatem & auctoritatem conciliat. (2) bonum jucundum, quod suavitatem & voluptatem infert. (3) bonum utile, quod utilitates & commoditates affert. Spiritus, qui, juxta Nehemiam, duxit Israelitas in deserto, fuit autor omnis honestatis & dignitatis, quia docuit eos, nim. per legem cæli-  
tus promulgatam, quomodo viam pietatis & honestatis incedere, veramque filiorum Dei dignitatem possidere queant, a deoque bonum pietatis, honestatis & dignitatis apud eos promovit. Fuit autor omnis iucunditatis & voluptatis, quia partim in misericordis suis multis non dimisit eos in deserto, partim columna nubis non discessit ab eis per diem, ut duceret eos in viam, & ab hostibus eos defenderet, & columna nubis per noctem, ut lucem præberet illis, & iter, per quod ingrederentur. Fuit autor utilitatis & omnis commoditatis, tum quia manna suum non prohibuit ab ore esurientium, tum quia aquam dedit eis in siti, tum quia quadraginta annis pavit eos in deserto, tum quia nihil eis defuit in deserto, & vestimenta eorum non inveteraverunt, & pedes eorum non intumuerunt, tum quia dedit eis regna & populos, & partitus est eis plagas, & possederunt terram Sehon, Regis Heshon, & terram Og, Regis Basan &c. Hæc & alia non obscure Nehemias Spiritui S. tribuit, & sic omnigenam ejus bonitatem ostendit. Sic etiam David Psal.

C

CXLIII.

v. 21.  
v. 22.  
I. Deo q. ded. tra  
ritum S. v. 2.

EXLIII. 10. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, ubi pa-  
riter יְרוּשָׁלַיִם נִקְרָא nuncupatur. Spiritus autem hic bonus non  
tantum in suo, sed potius in omni genere, non tam communiter,  
quam eminenter bonus esse dicitur: imo dum verus Deus est, vere  
dicitur optimus, uti maximus, cum sit infinite bonus. Bonus autem  
non tantum est in decretis, neque tantum in dictis & promissis, sed  
etiam in factis, & non potest non benefacere, cum totum benefacere  
sit proprium Sancti Spiritus opus, sicut est contra malefacere Spiritus  
maligni proprium opus est. Ex quibus & aliis apparet facile, quod  
Spiritus Sancti bonitas ab ipsis beneficiis ejus præsupponatur, & hæc  
formaliter ad illam referantur.

16. (3) Divina sapientia; hæc enim maxime necessaria,  
partim ad beneficia vera instituenda, partim ad ea perficienda,  
partim ad ea disponenda, partim ad ea dirigenda, partim ad ea  
rite conferenda &c. non enim Spiritus Sanctus, beneficia sua po-  
test aliter, quam per divinam sapientiam exercere. Bonum  
homines inscii nonnunquam faciunt, atque conferunt, sed Deus  
ob infinitatem scientiæ beneficia quævis sapienter operatur &  
prudenter confert. Hinc vocatur Spiritus Domini Spiritus sapien-  
tiæ & intellectus, Spiritus consilii & fortitudinis, Spiritus scientiæ &  
pietatis. Esa. XI. 2. & Sap. VII. 29. dicitur Quæcumque sunt abscon-  
sa & improvisa didici: omnium enim artifex docuit me sapientia. Est  
enim in illa Spiritus intelligentiæ, Sanctus, unicus, multiplex, subtilis,  
agilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, perspicuus, suavis, amans bo-  
num, acutus, liber, beneficus, humanus, stabilis, certus, securus, omni-  
potens, omnia prospiciens, & capiens omnes Spiritus, quamvis intelli-  
gentes puros & subtiles. Item Sap. IX. 17. Sensum tuum quis sciet,  
nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum Sanctum tuum de altissi-  
mis: & si correctæ sint semitæ eorum, qui sunt in terris, & quæ tibi pla-  
cent, didicerint homines? Nam per sapientiam sancti sunt, quicunque  
placurrunt tibi, Domine, ab initio. Et hic est Spiritus, qui per pro-  
phetas olim locutus est, & omnia mysteria regni cælorum re-  
velavit, unde Spiritus Sapientiæ & revelationis appellatur Ephes. I.  
17. imò totam universam scripturam V. & N. T. manifestavit,  
cum omnis scriptura sit θεόπνευστος II. Tim. III. 16. & sancti Dei viri  
locuti

At  
Deus  
dicitur  
Spiritus

locuti sunt, *Περόμενοι ὑπὸ τῆς πνεύματ' ἁγίου* 11. Pet. I. 21. cum primis quia Spiritus omnia scrutatur, etiam τῶ βάθν τῆ θεῶ profunditates DEi. 1. Cor. II. 10. Hanc sapientiam infinitam manifestavit Spiritus S. in beneficiis creationis, ut ex Gen. I. 2. colligitur; item in negotio redemptionis, quia Spiritus S. & autor mirabilis illius conceptionis, qua virgo concepit Filium, & mater supra naturam facta, Deus etiam & homo personaliter in unam personam coierunt: & ipse Christus per aeternum Spiritum suum sanguinem obtulit Heb. IX. 14. In beneficiis etiam sanctificationis ubique sapientiae divinae vestigia luculenter observare licet. Sic igitur Spiritus S., infinita praeditus sapientia, verè Deus omniscius est. Negant hoc eadem Sociniani, sicut passim videre licet. Crell. lib. 1. de U. D. P. sect. 3. cap. 13. p. 474. scribit, Spiritum Sanctum non esse primum eorum, quæ discipulis Christi patefecit, auctorem, sed alterius, nempe Christi, atque adeo ipsius Dei Patris voluntate factum esse, ut is ea, quæ discipulis dictavit, revelaret. Hoc autem in Deum summum non cadit. Is enim primus eorum, quæ vel hominibus revelat, vel cæteris facit, auctor est: nec alterius voluntate fit, ut is quippiam hominibus revelet. Item urget, quod Spiritus dicatur audire, de alieno accipere, p. 475. instar legati non à seipso loqui, sed mandata ab eo, à quo mittitur, audire, acceptaque alius annunciare p. 478. cum non primam, sed M E D I A M divinæ revelationis causam esse, id quod in Deum summum non cadit p. 479. Eum scrutari profunda DEi 1. Cor. II. 10. neque verò quisquam dicatur scrutari ea, quorum clarissima & perfectissima notitia ipsi primo inest, & quæ ab ipso met primo sunt constituta atque decreta &c. Verum errant Sociniani, nescientes scripturas cum Sadducæis Matt. XXII. 29. Si mysterium unitatis essentiae, Trinitatisve Personarum crederent, talia contra scripturam non urgerent. Spiritus S. est primus autor non ratione personalis originis, sed ratione factæ revelationis: nam Sancti DEi viri locuti sunt ὑπὸ τῆ πνεύματ' ἁγίου Περόμενοι 11. Pet. I. 21. & propterea Scriptura θεόπνευστος & appellatur 11. Tim. III. 16. Christi, vel etiam Patris legatus est κατ' ὀικονομίαν, non κατ' ἰστίαν, cum ex vigore meriti, vel abitus meritorii Christi, non unus illud legationis obierit Joh. XVI. 8. Ipse scrutatur omnia non ratione sui, sed ratione nostri

non propter ignorantiam, sed propter omniscientiam non per  
scrutinium indagacionis, sed contemplationis &c.

17. (4) Divina Potentia, cum extra divinam potentiam & e-  
nergiam nulla divina beneficia locum invenire queant. Nam cum  
sit Dei Spiritus, & ipse Deus, vere dicitur & est omnipotens, dum a-  
ctus est infinitus, unde dicitur Spiritus fortitudinis Esa. XI. 3. Spi-  
ritus omnipotens Sap. VII. 22. qui principalis autor est divinarum  
operationum: nam divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui  
operatur omnia in omnibus 1. Cor. XII. 8. qui heros omnes exorna-  
vit, ut admiranda virtute res admirandas perficere potuerint, si-  
cut dicitur Judic. VI. 34. Spiritus Domini induit Gideonem c. XI.  
39. Factus est Spiritus Domini super Jephtha c. XIII. 25. Spiritus  
Domini cepit Samsonem agitare &c. Et hic Spiritus omnipoten-  
ti virtute fuit operatus in creatione Gen. I. 2. quia Verbo Domini cæ-  
li firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis exercitus eorum Psal.  
XXXIII. 6. & hic est ille Spiritus, qui celos ornavit Job. XXVI. 13.  
& continua creationis, vel conservationis est autor, sicut dicitur  
Psal. CIV. 30. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & reno-  
vabis faciem terræ &c. Hanc divinam potentiam etiam passim  
Sociniani Spiritui Sancto derogant, unde Smalz. lib. de divin. Christi  
6. 14. p. 92. Spiritum S. Angelis conjungit, imò subjungit, & utrosq;  
Christo, ejusq; potestati subjicit: Necessè, scribit, etiam fuit, ut  
Christus Pontifex rerum & donorum cælestium, quibus ad salutem homi-  
num procurandum opus est, potestatem haberet, nempe Angelorum &  
Spiritus Sancti, ita ut illos mittere, quò velit, & hunc dare, cui velit,  
posset. Schlicht. de Trinit. p. 640. B. Meisneri argumentum, quod  
Spiritus Sanctus sit omnipotens ex Esa. XI. 2. Mich. III. 8. Rom. XV.  
19. 1. Cor. XII. 8. 11. sequentibus refutare conatur. At quid mi-  
rum est, istud de divina virtute & efficacia dici, quod possit omnia?  
in locis, à Meisnero citatis nusquam omnipotentia Spiritui Sancto tri-  
buitur, tantum in tribus prioribus fit mentio potentie Spiritus Dei. In  
ultimo verò varia in credentibus dona Spiritui S. adscribuntur. Verum  
(1) divina virtus in Deo non est accidens, sed ipse Deus, quod e-  
tiam de efficacia, quatenus ad intra consideratur, asserendum. (2)  
quod potest omnia, illud est omnipotens: quod est omnipotens il-  
lud



lud est infinita potentia; quod est infinita potentia, illud infinitum  
& verus Deus. (3) Concedit adversarius, quod in Tribus prioribus lo-  
cis potentia Spiritus Dei mentio fiat, illa vero potentia non est alia,  
quam divina & vere infinita, cum verba secundum substratam  
materiam sint intelligenda. (4) Disertis verbis dicitur, quod Spi-  
ritus S. ut Deus operetur omnia in omnibus, quod certe divinam omni-  
potentiam importat. Vanum autem est effugium, quod idem  
Schlichtingius p. 617. adhibet, nimirum Spiritum Sanctum tan-  
tum esse quandam causam intermediam potentia, nim. virtus & ef-  
ficacia Dei. Eph. 3. 16. precatur Paulus, inquit, ut Deus Pater deus  
Ephesis secundum divitias gloriae suae potentia corroborari per  
Spiritum suum in internum hominem. Hic non ipsi Spiritui  
Sancto tribuitur potentia, sed illius tantum media efficiens cau-  
sa in hominibus Christianis esse dicitur, quod de ipso Deo per-  
peram, de divino afflatu rectissime & verissime affirmatur:  
per hunc n. Deus, ut potentiam in internum hominem corrobo-  
remur, facit. Ita autem de Spiritu Dei hoc loco loquitur Pau-  
lus, ut quivis videre possit, eum Deum ipsum non esse. Nam  
& media causa potentiae istius in hominibus Christianis consti-  
tuitur, & a Deo Patre petitur, quem solum unum illum Deum  
esse, satis aperte Apostolus docet, & cum alicui datur, id divitiis  
gloriae, h. e. summæ Dei Patris munificentiae adscribitur. Ve-  
rum Spiritus S. est aeternus spiritus Heb. IX. 14. & operatus ab æ-  
terno, tanquam purissimus actus, statim ab initio creationis, ante-  
quam ullus extaret homo Gen. I. 2. nec est causa media, sed pri-  
ma, quia Spiritus Dei causa media nec esse, nec dici potest, sic enim  
Deus ipse causa media foret. Dist. autem inter Spiritum S. ipsum  
& ejus donum; hoc, non ille, dicitur medium. Sic etiam Spiri-  
tus Sanctus non sine, sed in virtute, vel per virtutem operatur, &  
a potentia corroborante manifeste distinguitur: licet igitur illa  
reperiatur in homine, tanquam effectu Dei, Spiritus tamen, ut ef-  
fectus illius spiritualis principium, introducitur.

18. (5) Divina praesentia, quia Spiritus Sanctus, tanquam  
Dei Spiritus, est omnipraesens, & ubiq; praesenter operans Spiritus:  
nam spiritus Domini replevit orbem terrarum, & hoc, quod continet

Si Sp. S. esset unq;  
q. oca in orbem 1. Cor  
15, 2 & 3

omnia, scientiam habet vocis Sap. I. 7. Hinc quocumque nos recipimus, Dei Spiritum praesentem deprehendimus, idque indicat David Psal. CXXXIX. 7. Domine, quo ibo a Spiritu tuo? & quo a facie tua fugiam? Si ascendero in caelum, tu illic es: si descendero in infernum, ades: si sumfero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris, illic etiam manus tua duceret me, & apprehenderet me dextra tua &c. & illustre praesentiae divinae, vel universalis specimen Spiritus Sanctus in creatione prima luculenter edidit, dum toti abysso, vel omni massa creatae praesenter incubuit, eamque sic praesentia sua divina, vel efficacissima fovit, ut postmodum singulas creaturas ordine producere potuerit. Et alia divinae praesentiae Spiritus testimonia passim in sacris literis occurrunt. Sociniani pariter hoc attributum vel dubium reddere, vel Spiritui Sancto detrahere conantur, quemadmodum videre licet ex Schlichting. d. l. p. 639. Nuspiam, inquit, istud de Spiritu Sancto affirmatur, quod re ipsa ubique praesens sit. Ad locum Psal. CXXXIX. 6. 7. respondimus supra. Nec frustra Meisnerus seipsum veluti corrigens subjicit: praesertim in Ecclesia, per totum mundum dispersa. Nam si in Ecclesia demum est Spiritus Sanctus, eo ipso ubique non est. Dispersa est per totum mundum, ut recte Meisnerus loquitur, at quod per totum mundum dispersum est, illud certe omnia mundi spatia haud occupat. Quia vero una cum Ecclesia, seu fidelibus, per totum mundum dispersis, dispersus etiam est Spiritus Sanctus, istud tantum abest, ut eum divinam personam esse arguat, ut aperte indicet, eum personam haudquam esse. Et p. 586. inter alia responderet: Falsum est, Spiritum Sanctum ubique esse. Nam quod ad Psalmi locum attinet, nec loquitur David de Spiritu Sancto, qui peculiaris quidam Dei Spiritus est, sed de Spiritu Dei simpliciter: nec dicit, Spiritum istum ubique re ipsa esse, sed tantum docet, nullum esse locum, ad quem is nequeat pertinere. Verum (1) licet nuspiam totidem verbis dicatur, quod re ipsa Spiritus Sanctus ubique praesens sit, tamen aequipollentia passim in sacris literis inveniuntur, ut antea notavimus, & ex aliis argumentis illud invicte demonstratur. (2) Dei Spiritus, & Spiritus Sanctus synonyma sunt, imprimis quia David hic cum Jehova loquitur, & Jehovah Spiritum introducit, qui non est alius, quam Spiritus Sanctus, & absur-

ad absurdum foret *Jehova Spiritum non infinitum, non immensum, non ubiq; presentem adserere, cum Jehova non alius, quam Spiritus infinitus, immensus & ubiq; presentis conveniat.* Falsum igitur est, quod *Psalms de Spiritu Sancto non loquatur & quod Spiritus DEI simpliciter Spiritus S. non sit: frustra proinde Spiritus DEI simpliciter à Spiritu S. distinguitur.* (3) Licet nonnunquam ad peculiarem respectum, vel effectum, Spiritus Sanctus referatur, tamen multis modis *sanctus* appellatur, nim. *ἁγιωδῶς, ὑποσαλινῶς, πηγυρίως, διακριτικῶς, ιδιοπικηλικῶς, ἐνεργηλικῶς &c.* prout alibi demonstratum dedimus: dicitur igitur *peculiaris, κατὰ π, non ἀπὸ λῶς.* (4) De Spiritu Dei disertis verbis etiam non dicitur, quod nullus sit locus, ad quem non possit pertingere, sed quod potius in omnibus locis Spiritum Sanctum, velut ubiq; presentem, liceat offendere. (5) Dist. inter presentiam essentialem gratiosam, inter generalem & specialem, omnimodam & præcipuam: B. Meisnerus loquitur de speciali, gratiosa, vel præcipua presentia, quod præcipue, vel præsertim in Ecclesia præsens sit, id quod verissimum: dum verò specialibus gratiæ beneficiis peculiari modo præsens esse dicitur in Ecclesia, propterea non negatur, quod alio modo, respectu nim. *essentiæ, vel potentiæ, vel justitiæ, &c.* non sit alibi locorum extra Ecclesiam.

19. (6) *Divina libertas*, secundum quam Spiritus Sanctus est Spiritus liberrimus, & liberrimè sua beneficia, prout vult, operatur, eademque pro liberrima voluntate dispensat, applicat & confirmat: nam Spiritus, ubi vult, spirat, inquit Christus *Joh. III. 8. & omnia dona, vel beneficia operatur unus atq; idem Spiritus, dividens singulis, prout vult, juxta Paulum 1. Cor. XII. 11. &c.* Ex his, & aliis apparet, quod Spiritus Sanctus sit *liberrimæ voluntatis, potestatis & operationis*, quod itidem Sociniani non tantum suis hypothesibus, sed etiam disertis verbis impugnant, prout legimus apud Schlichting. d. l. p. 640. seq. ubi B. Meisnerus thesin, quod Spiritus Sanctus sit liberrimæ potestatis, refutare conatur. Inter alia hæc ibidem leguntur: *Si Spiritus Sanctus ab alio datur, & quidem per impositionem manuum Apostolicarum, quo pacto liberrimæ potestatis, imò ipse Deus esse potest? Verum ab alio dari, non tollit vel libertatem potestatis, vel voluntatis.* Ipse Filius datus est nobis à Patre. *Esa. IX. 6.* non tamen propterea jacturam fecit *liberæ sive voluntatis, sive*

sive potestatis : imò Deus Pater ipse per verbum venit in corda nostra Joh. XIV. 26. adeoque per verbum ejus præsentia nobis datur, vel donatur; quis tamen propterea diceret, eum non manere, nec amplius esse libera voluntatis & potestatis. Ab alio dari opponitur, non ab alio dari, vel à seipso esse, aut venire, minime verò libertati, vel liberrime, sive voluntati, sive potestati. (2) Apostolorum *χρησθισία* pertinet ad gratiosam spiritus *δικαιοσύνην*, & sapientissimam, divinæ voluntati consentaneam, *οὐκ ἐπιθυμίαν*, non autem ad Spiritus S. *ἐπίγνωσιν*, vel attributorum ejus competentiam, adeoque nec illi, nec his opponenda venit. Plura quidem Sancti Spiritus attributa, quorum respectus in beneficiis divinis attenditur, hic recensere, & juxta sacrarum literarum præscriptum exponere possemus; sed reliqua non incommodè ad jam enumerata referri possunt, ideo plura circa relationem formalem, ex attributis promanantem, adducere nolumus.

20. (III) Relatio fundamentalis, quæ beneficia Spiritus Sancti non absolute nobis & reliquis creaturis contingunt, sed ex certo fundamento, cum primis quia beneficia Spiritus quæ post lapsum protoplastorū hodie considerantur, non sine divina dispositione procedunt. Est autem fundamentum beneficiorum istorum Christus Mediator cum merito suo. Notandum igitur [1] quod non sit sermo de beneficiis Sancti Spiritus absolute tantum, & in se spectatis, sed ad certa subjecta, videl. ad homines, & alias creaturas relatis. (2) quod non agamus de beneficiis divinis Spiritus Sancti, respectu primæ creationis, & temporis ante lapsum in statu integritatis, cum certum sit, quod illud tempus Christum Mediatorem ignoraverit, nec illa mediatione, quoad præsentem integritatem & felicitatem, opus fuerit. (3) Quod sine respectu ad Christum, ejusque meritum Spiritus Sanctus cum Patre & Filio primæ creationis opus perfecit, sicut dicitur Gen. I. 2. Spiritus Elohim incubabat aquis. Psal. XXXIII. 6. Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis exercitus eorum. (4) Quod homo sit finis aliquis subordinatus totius mundi, quodque propter hominem, ejusque felicitatem terrenā, omnia sint creata, ipsique creaturæ singulæ vel mediate, vel immediate sint in usum atque fructum concessæ, sicut

sicut patet ex divina consultatione Gen. I. 26. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & dominetur piscibus maris, & volatilibus cali & bestis, universaq; terræ, omniq; reptili, quod moveatur in terra.* Conferatur etiam divina consultationis execratio v. 27. 28. 29. Cum igitur propter hominem omnia condita sint, & propter ejus felicitatem atqve commoditatem omnia divinis beneficiis exornata sint, hinc facile comparet, quod homine stante, vel in gratia Dei manente, & beneficiis divinis legitimo modo fruente, reliqua quoque creata suum ex creatione vigorem, & beneficiorum divinatorum multitudinem retinere deberint: sed homine labente, vel à Deo deficiente, reliqua pariter, ad usum hominis destinata, jus & usum beneficiorum divinatorum, ex sententia gravissima justitiæ divinæ, mox amittere necessum habuissent, cum *propter quod unumquodq; tale est, illud magis sit tale: nisi strictum jus Dei mox per temperamentum bonitatis & misericordiæ dispensationem, ampliationem & infinitam per Filium Dei mediationem accepisset.* Et hæc omnia citra difficultatem ex historia paradisi colliguntur. Nam propter apostasiam hominis, & terra maledictioni subjacet, & omnis creatura, sicut disertis verbis justus iudex Gen. III. 17. ostendit: *Quia audisti vocem uxoris tuæ, & comedisti de ligno ex quo præceperam tibi, ne comederes: MALEDICTA TERRA propter te, h. e. propter inobedientiam tuam.* Ur enim Deus propter hominem terræ, vel etiam creaturis reliquis benedixerat, ita nunc propter hominem, ejusque lapsum apostasias terræ cum reliquis creaturis maledicebat. *Ad habitum hominis, inquit Borrhai Comment. super h. l. reliqua natura sese attemperat ut ea, quamvis nihil deliquerit, propter delicta tamen hominum pœnam luat.* (5) Quod per Christum Mediatorem omnia nobis sint reconciliata, quæ sunt in calis & in terra, quia juxta Colos. I. 19. 20. in ipso complacuit omnem plenitudinẽ inhabitare, & per eũ reconciliari omnia in ipso, pacificans per sanguinẽ crucis ejus per ipsũ, sive quæ in calis sunt, sive quæ in terris: licet enim hic immediate respectus habeatur ad reconciliationẽ hominis apud Deũ creatorem; tamen quia propter Creatorẽ etiam creatura fuerunt hominis inimici, persecutores & tortores, i-  
D deo

deo consequenter ex reconciliatione DEI quoque reconciliatio creatu-  
arum pendet, unde nobis plenaria beneficiorum divinatorum re-  
stitutio facta per Christum, sive considerentur in regno potentiae,  
sive gratiae, sive gloriae. (6) Quod per & propter Christi mediationem, vel  
meritum, Spiritus Sanctus hodie beneficia sua potissimum conferat. Expe-  
dit vobis, inquit Christus Job. XVI. 7. 8. ut ego vadam: si enim non  
abiero, paracletus non veniet ad vos; si autem abiero, mittam eum ad  
vos. Hæc verba licet, quoad immediatum scopum, Apostolos re-  
spiciant, tamen quoad scopum mediatum, etiam mundum con-  
cernunt, sicut mox dicitur: Cum venerit ille, arguet mundum de  
peccato, & de justitia, & de judicio; de peccato quidem, quia non cre-  
diderunt in me; de justitia vero, quia ad Patrem vado, & jam non vi-  
detis me; de judicio autem, quia Princeps mundi hujus jam judicatus est.  
Sic meritum Christi quoque recte dicitur meritum Spiritus Sancti,  
& beneficiorum Spiritus Sancti fundamentum in merito Christi reperi-  
tur. Si Christus non esset crucifixus, inquit Theophylact. in h. J.  
Spiritus Sanctus non fuisset datus, quia abiit per mortem ad Patrem, &  
in cruce emisit Spiritum, cujus missionem per summos meritis est cruci-  
atus. Ex his apparet, quod gravissimus Socinianorum error sit,  
quo prorsus omne Christi meritum inficiantur, sicut scribit Smalz.  
contr. Franz. p. 362. Quid mirum est, nos damnare fidem in meritum  
Christi, cum nullum meritum Christi agnoscamus, & pro negatoria fa-  
bula id totum habeamus. Verum contrarium docent omnia scri-  
pturarum testimonia, quæ nostræ redemptionis, reconciliationis per Chri-  
stum mentionem faciunt, aut Christum pro nobis esse mortuum, osten-  
dunt. Licet autem Spiritus Sanctus ex merito Christi detur, &  
à Christo donetur, tamen propterea non est minor homine Christo,  
vel ipso DEI Filio, quod fingunt Sociniani, prout videre licet apud  
Socin. adv. Wujeck. p. 460. Nam Spiritus S. est unus cum Patre  
& Filio Deus 1. Joh. V. 7. non igitur Patre, vel etiam Filio mi-  
nor esse potest. Neque propterea causa media saltem effectuum,  
vel beneficiorum divinatorum, vel per metonymiam saltem effectus ipsi  
tribuuntur, quemadmodum Volckelius l. 5. de V. R. c. 9. p. 41. 6.  
somnia. Quod 1. Cor. XII. 11. Paulus ait, Spiritum illum distribu-  
re unicuique, prout vult, id per usitatissimam prosopopœiam, in qua &  
metony-

Sanctum  
restit.

unum, non, unum  
Deus.

metonymia cernitur, conringit, dum effectui, vel si mavis, CAUSÆ  
MEDIÆ, adscribitur id, quod causæ principalis, quæ persona est, pro-  
prie tribuendum est. Verum (a) falsum quod Spiritus Sanctus  
in se sit effectus DEI, cū sit ipse Deus Act. V. 4. (2) Falsum est, quod  
præsupponit adversarius, Spiritum Sanctum personam non esse,  
contrarium sacræ literæ testantur, & id alibi quoque demonstra-  
rum. (3) Falsum est, quod Spiritus Sanctus non sit causa principa-  
lis, sed tantum mediæ quædam causa: nam Pater, & Filius & Spi-  
ritus  $\kappa\alpha\lambda'$   $\delta\omicron\iota\alpha\iota$  unum sunt 1. Joh. V. 7. &  $\kappa\alpha\lambda'$   $\epsilon\upsilon\epsilon\gamma\epsilon\iota\alpha\iota$  unum fa-  
ciunt, ac proinde causæ principalis una sunt. (4) prosopopæia non  
est opus, ubi vera persona datur, nec alia figura fingenda, ubi ver-  
ba proprie sunt intelligenda.

21. (IV.) *Relatio causalis*, quæ ratione Spiritus Sanctus, in  
beneficiis suis producendis atque conferendis, ordinariè certa quæ-  
dam mediæ respicit, idque ex mera libertate, non ex necessitate.  
Quod enim ex necessitate per mediæ non operetur, patet (1)  
quia est agens absolutissimum, & super omnia mediæ positum,  
cum sit agens infinitum, adeoque non tantum aliis respectibus,  
sed etiam respectu mediæ vere dicitur infinitum. (2) quia  
juxta verba Christi Spiritus, ubi, vel etiam quomodo vult, spi-  
rat Joh. III. 8. (3) quia liberrimum est agens in omnibus suis  
operationibus 1. Cor. XII. 11. adeoque pro libertate sua modo me-  
diæ potest adhibere, modo sine mediis operari. (4) quia certum  
est, quod ipse tanquam agens æternum sit operatus, neque ta-  
men ab æterno mediæ, quæ tantum externa sunt, extiterunt, cum  
solus Deus sit æternus & infinitæ durationis. (5) quia passim le-  
gimus, quod Spiritus Sanctus sine mediis causalibus, cum pri-  
mis in operibus miraculosis & extraordinariis, sit operatus.

22. Hinc dicimus porro, quod ordinariè certa mediæ re-  
spiciat, cum in extraordinariis operibus etiam citra mediæ  
causalium concursum sæpius operetur, quod apparet (1) ex ope-  
re creationis: nam opus creationis, quod Spiritus Sancti sit, patet  
ex Gen. I. 2. Psal. XXXIII. 6. quod autem opus creationis sit im-  
mediatum, ex eo præter alia liquet, quod creatio passim in sacris  
literis uni, soli, Deo tribuitur, & omnis alius creationis autor re-  
jicitur.

jicitur. Nec ante creationem ullum aliquod *medium* existere potuit, unde creator Deus omnia vel ex nihilo, vel ex inhabili prorsus materia produxit. (2) *ex opere conceptionis Christi*, quia Spiritus Sanctus ipsemet venisse, suæque virtutis obumbratione negotium conceptionis promovisse perhibetur *Luc. I. 35.* (3) *ex baptismo Christi*, quia Spiritus Sanctus visibiliter in specie columbæ descendit, & immediate supra Christum venit *Matt. III. 6.* Licet enim *medium symbolicum* dicatur esse *species columbæ*, tamen illud saltem fuit *materiale*, non autem *causale*. (4) *ex apparitione super Apostolos*, quia cælitus ipse venit, rotam domum replevit, & super unoquoque illorum sedit. *Act. II. 2. 3.* Ubi pariter *media symbolica* præsentia Spiritus Sancti reperiuntur, nim. *ventus*, & *ignis*, *media* tamen *energetica* non fuerunt, sed ipse Spiritus Sanctus immediate dona sua discipulis Christi distribuit. Et talia beneficia Spiritus Sancti, in quibus mediis ordinariis usus non est, passim in V. & N. T. reperiuntur.

23. Interim notandum est, quod *media Spiritus Sancti* non sint unius generis. Nam dantur (1) *Media ordinaria & extraordinaria*, illa juxta, hæc extra consuetum ordinem adhibere solet: posterioris generis sunt illa, quibus in miraculosis, heroicis & extraordinariis factis ac beneficiis utitur. (2) *Media* sunt vel *subjectiva*, vel *effectiva*; e. g. *medium subjectivum* in creatione fuit *abyssus*, vel *masa rudis & indigesta*, quia *robis vabobu* illa fuit, & tamen ei Spiritus Sanctus incubuit, quæ tamen sua virtute nequam ad creationem concurrere valuit: hic potissimum ad effectiva, vel causalia media respicimus. (3) *Media* vel sunt *communia*, vel *singularia*; illis respectu omnium, his respectu singularium quorundam beneficiorum utitur. (4) *Media* vel sunt *naturalia*, quæ Spiritus S. juxta naturam in conservatione l. gubernatione mundi præsentis adhibet, sicut dicitur *Psal. CIV. 30.* Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ, vel *supernaturalia*, quæ supra naturæ cursum in beneficiis ejus adhibentur, quemadmodum *Israelitæ manna de cælo cibati*, & *aqua de petris potati* sunt *Psal. LXXIIX. 20. 24.* (5) *Media* vel adhibentur in *regno potentia*, respectu *vite naturalis & externæ*, vel in *regno gratiæ* respectu



respe<sup>ct</sup>u vitæ spiritualis & internæ, q̄valia sunt verbū & sacramenta, per quæ contigunt specialia fidelib⁹ beneficia. Nec hic plures distinctiones mediolorum colligere volumus. E dictis tamen luculenter apparet quod Spiritus Sanctus ordinariè vel communiter nobis, eū immediate non agat, sed per media nos beneficiorum suorū participes reddat, adeoque media quædā in beneficiis conferendis respiciat, & sic certam relationem causalem mediolorum non excludat.

24. Hæc de Causa beneficiorum Efficiente sufficient, nunc ad causam materialem brevibus nos convertimus. Licet autem rigoroſe loquendo materiam Spiritus Sancti beneficiis in genere tribuere nolimus, tamen ex scriptura παχυλῶς & populariter loquendo suo quodam modo materiam illis adscribere possumus. Et cum vulgò dicatur, quod alia materia sit ex qua, alia in qua, alia circa quam; juxta vulgatam illam distributionem aliquid de Materia beneficiorum Spiritus S. meditabimur.

25. Materia ex qua proprie vel ἀκριβῶς tantum in compositis, vel etiam corporibus naturalibus reperitur, ἀναλόγως tamen aliis rebus, & ἐξοχικῶς per viam eminentiæ mysteriis fidei tribuitur. Materia proinde beneficiorum Spiritus Sancti sunt operationes, quæ non tantum materialiter se habent in divinis beneficiis, & commune quid tum beneficiis, tum judiciis Spiritus Sancti præ se ferunt, sed etiam plerumque ratione nostri plures operationes in divinis Spiritus Sancti beneficiis reperiuntur, ex quibus per modum concipiendi nostrum materialiter beneficia Spiritus S. constituuntur. Sic e. g. unum est beneficium generale Spiritus S. respectu creationis, quod Gen. I. 2. describitur, Spiritus Domini ferebatur super aquas, vel incubabat aquis. De hac incubatione Patres & alii Doctores pulcherrimas meditationes afferunt, quando motionem vel incubationem hanc ad Spiritum Sanctum referunt. Basilius homil. 2. scribit: Quomodo ferebatur supra aquas? Dicam tibi non meum sermonem, sed Syri (Ephremum notare videtur) viri, à sapientia mundana tam longe distantis, quam prope adest cognitioni, sive scientiæ veterum. Dixit hic, Syriacam vocem aliquid sonare significantem, tam

ob affinitatem cum lingua Hebraica, tum etiam, quod scripturae explica-  
 tioni proxime accedat. Sensum igitur hujus verbi esse, ἐπιφέρετο,  
 ferebatur, pro σὺνέβαλε, fovit, & vivificam reddidit naturam aqua-  
 rum, in modum avis incubantis, & vivificam quandam virtutem fomen-  
 to subjectis immittentis. Et Venerandus Dn. D. Calov. Comment.  
 in Gen. p. 157. Spiritus Sanctus verus Deus est, quia vivificare, se-  
 cundare aquas torpentes ac steriles, molemq; illam primigeniam susten-  
 tare, formare ac vegetare sunt opera divina virtutis infinitae. Et po-  
 stea: Peculiariratione Spiritui Sancto opus vivificationis & vegeta-  
 tionis hic adscribitur, quod motione & agitatione sua non tantum su-  
 stentavit ac fovit aquas, sed eas etiam vegetavit, & virtute divina  
 produxerit, quae ex hac massa primigenia deinde prodierint. Si has, &  
 aliorum interpretum observationes partim ex vocis emphati-  
 ca פּוֹרֵר significatione, partim ex ipsius rei conditione, par-  
 tim ex operantis consideratione, partim ex operis habitudine,  
 diductas, inter se conferimus, non obscure varies speciales actus  
 Spiritus Sancti deprehendimus, quod hoc incubationis beneficium  
 comprehendat (a) τὸ praesenter adesse, quia Spiritus substantiali  
 praesentia, tanquam verus creator adfuit. [b] adessendo incubare,  
 quia nude non tantum adfuit, sed peculiari modo quodam mas-  
 sae huic incubuit, non aliter, quam sicut gallina ovis incubare  
 consuevit. (c) incubando dilatate, vel expandere, sicut habet Mer-  
 cer. in Lex. ad rad. פּוֹרֵר ex R. David in libr. Radic. quod sic moveri,  
 aut movere se, scil. agitari expansione & dilatatione alarum, ut solent  
 gallinae, aut aves, pullis incubantes. (d) dilatando movere, non motu  
 transeunte, sed permanente, non violante, sed obumbrante, qualis  
 est ἐπιφύλαξις Luc. I. 35. & hinc inde motitantis ac sese pau-  
 latim agitantis (e) movendo fovere, qualis solet esse volucrum incu-  
 bantium ac ova pullosq; foventium. Hinc Ambros. l. 1. in Hexaem.  
 c. 8. reddit cum aliis haec verba: Et Spiritus DEI fovebat aquas, i. e.  
 vivificabat, ut in novas cogeret creaturas, & FOTU suo animaret ad  
 vitam. Nam etiam Spiritum Sanctum legimus creatorem, dicente  
 Job. Spiritus divinus, qui fecit me. Sive ergo Spiritus Sanctus super-  
 ferebatur super aquas, tenebrae contrariarum virtutum super eas esse  
 non poterant, ubi locum sibi tanta gratia vindicabat. (f) fovendo se-  
 cundare,

*fecundare*, quia sicut gallina fovendo ova naturalem fecunditatem eis inducit, & suo tempore pullos excludit: sic etiam fecti suo Spiritus Sanctus rudem ac indigestam molem fecundare voluit, ut suo tempore creaturas excluderet. [g] *fecundando separare*; sicut enim in ejusmodi fecundatione non fecunda separantur à fecundis, & illis omissis operatio peculiaris his immittitur, ita simile quid in Spiritus incubatione factum fuisse videtur. (h) *Separando formare* (i) *formando vivificare* (k) *vivificando vegetare* (l) *vegetando animare* (m) *animando consummare*, atque *consummando plene creare*: quæ singula per hoc opus generale Spiritus Sancti nobis insinuantur, & ex his specialibus operationibus totum opus incubationis materialiter constare dicitur. Similia de beneficiis alii notari possunt, sicut de conceptionis Christi beneficio in Exeg. B. Hutt. Comp. p. 395. annotavimus, quod consistat (1) in singulari Spiritus Sancti appropinquatione (2) in singulari massæ virginalis ad concipiendum Filium destinatione, & à reliqua materia separatione (3) in singulari massæ separatæ sanctificatione (4) in singulari massæ sanctificatæ formatione (5) in singulari massæ formatæ, vel perfectione sufficienti donatæ adaptatione (6) in singulari totius unitæ *ὑποσυστοιχίας*, ex divina & humana natura constantis, ad conceptionem virginalem relatione, quæ dicto loco sunt uberius exposita: sed hi speciales actus materialiter totum conceptionis beneficium absolvunt. Si quis respectum ad intra, & ad extra, vel etiam operationem ad intra & ad extra suo modo huc referri velit, illud beneficium Spiritus non repugnat, cum in omnibus beneficiis operatio tam interna, quam externa reperiat.

26. *Materia in qua, Subjecta* vocantur, quibus hæc beneficia Spiritus destinantur, præparantur & applicantur. Notandum enim est, quod Spiritus Sanctus beneficia sua (1) non sibi servet, adeoque sibi tantum benefacere velit, cum ipse tanquam perfectus Deus nullis beneficiis causalibus indigeat. (2) neque reliquis personis Deitatis, Patri, seu Filio, talia parare suscipiat. Nam & Pater est verus Deus, & Filius est verus Deus, uterque prorsus *divina substantia*, beneficiis nullius indigus. (3) neque peccatoribus, sive Spiritibus, sive hominibus, quæ talibus, beneficia parare constituit,

stituit, cum his non beneficia, sed iudicia & supplicia, tanquam Spiritus iudicii Esa. IV. 4. & iustus Deus, scelerum iudex & vindex, destinaverit. (4) Sed beneficiorum subjecta partim in genere creature, quæ tales sunt: nam his Spiritus creator, veluti creaturis suis, benefacere studet: non enim ut alius architectus ab opificio suo post opus consummatum discedit; sed ut providus pater omnibus suis creaturis paterne prospicit, & variis beneficiis iisdem consulit, ac benefica conservatione, vel gubernatione cuncta circa creaturas disponit: partim in specie subjecta sunt fideles, qui sunt officinæ Spiritus Sancti, in quibus velut prudens ac diligens artifex indefinenter beneficia producit ac operatur: sunt fideles laboratoria Spiritus Sancti, in quibus purum aurum fidei, mundum etiam argentum charitatis erga Deum & proximum, constantier elaborat: sunt templa Spiritus Sancti 1. Cor. III. 16. 17. c. VI. 16. II. Cor. VI. 16. in quibus habitat, ac domicilium Patri, Filioque per verbum Dei parat Job. XIV. 26. ac multitudinem ingentem beneficiorum divinorum in verbo congregat, atque fidelibus animabus vel cordibus per verbi ministerium communicat.

27. Materia circa quam beneficiorum divinorum sunt omnis generis bona, circa quæ beneficia Spiritus Sancti versantur, ut in bonum alterius dirigantur, sive talia bona sint ipsæ creature, sive propria creaturarum, sive opera earum. Nulla siquidem creatura, nec quicquam in creaturis reperitur, nec quicquam à creaturis proficiscitur, quod Spiritus Sanctus per suam infinitam bonitatem, sapientiam, & potentiam ad bonum aliquod ordinare non possit. Et certum est, quod omnis creatura tripliciter considerari debeat (a) à priori, ratione causæ vel DEI creatoris, quatenus ab autore DEO pendet, & speculum divinæ sapientiæ, bonitatis & potentiae nobis exhibet. Sunt enim creaturæ DEI creaturæ. (b) à formali, quatenus in se sunt, & ratione naturæ suæ considerantur, ut certam & ab aliis rebus distinctam essentiam obtinent. (c) à posteriori, quatenus in usu suo spectantur, & ad bonum vel proprium, vel alterius ordinantur, cum Deus nihil frustra produxerit, nec ullum Ens frustra suam essentiam obtinuerit: hoc postremo respectu multipliciter ad beneficia res ordinari possunt.

28. No-

28. Notandum autem, quod *Materia beneficiorum Spiritus Sancti* sit vel *directa*, vel *indirecta*: *Materia directa*, quæ hæc à v-  
to beneficiis divinis subicitur, semper est *bona*, cum bona vere  
beneficiis proportionata sint, & cum iis ejusdem originis,  
conditionis, jucunditatis, utilitatis &c: adeoque satis conve-  
nienter illis subordinantur. *Materia vero beneficiorum indirecta*  
sunt *mala*, quæ quidem à priori ne utique à Spiritu Sancto sunt,  
eoque respectu nec ad illum referri possunt, aut debent; à poste-  
riori tamen per admirabilem Spiritus Sancti sapientiam & infi-  
nitam ejus bonitatem ac potentiam, ad bonum finem ordinari  
possunt, ut instar beneficiorum Ecclesiæ, vel fidelibus inserviant.  
Nam Spiritus Sanctus mala non permetteret, nisi bonum quid  
ex illis elicere, vel ad bonum finem illa dirigere, vel piis in be-  
neficium illa convertere posset.

29. *Causa Formalis beneficiorum Spiritus Sancti* facilius alle-  
gatur, quam explicatur, & citius introducitur, quam intelligi-  
tur. Nam *beneficia Spiritus Sancti*, quæ talia, citra dubium inter  
*mysteria* referuntur, cum tota doctrina de *Spiritu Sancto* mysteri-  
um sit, atque dicatur. In mysteriis autem divinis non *ratione*,  
sed *fide* tantum opus est, quia *rem* credimus, *modum* nescimus sed  
nec *rem*, nec *modum*, ex scrutinio rationis intelligimus. Licet au-  
tem *formam in se* nec cognoscere, nec verbis exprimere valea-  
m, tamen ea per ipsum nomen *Beneficiorum* quodammodo nobis  
insinuatur, cum *beneficia* dicantur à *benefaciendo*, quæ ratione v-  
to *facere* commodè satis ad *materiale*, v-  
to bene potissimum ad *formale*  
pertinere dicitur, adeoque tota *forma beneficiorum in bonitate pra-*  
*ctica*, ut v-  
to bene ad *facere* referatur, consistere videtur.

30. Præterea quoties in mysteriis v-  
to *formale totum simul*  
& semel, propter abstrusam eminentiam, concipere, vel cogno-  
scere, vel exponere, non valemus, toties plerumque per *distinctos*  
*actus*, vel *gradus*, & quasi *per partes* procedimus, ut in *distincta par-*  
*tialium* vel *graduum*, vel *actuū*, vel *modorū* consideratione, *to-*  
*tum* quodammodo repræsentetur, & ita noster intellectus, ob im-  
becillitatem suam connatam, per aliquod artificium quasi, sic ad  
cognoscendum præparetur. Hoc artificium *impresentialium et-*

E

iam

iam adhibebimus, & *ἵδ bene formale* diversis respectibus, vel actibus explicabimus. Consistit igitur *beneficiorum Spiritus Sancti formale* (1) *In divina Spiritus Sancti benevolentia*, quia Spiritus Sanctus, tanquam creator benevolus, bene vult suis creaturis, adeoque ratione voluntatis ab æterno sollicitus fuit, vel cogitavit de beneficiis in tempore conferendis, quia omnia beneficia operatur unus & idem Spiritus, & dividit singulis, PROUT VULT 1. Cor. XII. ii. sicut igitur in ordinatis beneficiis bene velle vel includit, vel præcedit benefacere, sic etiam beneficia Spiritus Sancti *ἵδ bene* vel includunt, vel in præcisione præsupponunt. (2) *In divina Spiritus Sancti beneplacencia*, quia Spiritus Sanctus non tantum voluit nobis & aliis creaturis benefacere, sed peculiarem etiam in his beneficiis beneplacenciam habuit, & sic beneplacito, vel decreto certò definivit ab æterno, quibus, quomodo, quando, quoties, beneficia sua in tempore distribuere vellet. Non enim beneficia Spiritus Sancti lubrico vel incerto fundamento nituntur, nec fortuitis casibus subjiciuntur, sed secundum æternum Spiritus S. beneplacitum atque decretum creaturis conferuntur. Quod enim Spiritus Sanctus in tempore facit, ab æterno facere decrevit, nec in decretis, aut factis unquam mutatur, inde non tantum Spiritus beneficus, sed etiam stabilis & certus Sap. VII. 22. appellatur. (3) *In divina Spiritus Sancti beneficencia*; nam Spiritus Sancti proprium est benefacere, sicut Spiritus maligni proprium est malefacere, adeoque neutiquam in benevolentia, vel beneplacencia subsistit, sed ad beneficenciam utramque dirigit, & actualia beneficia divino modo perficit. Est etenim Spiritus purus, actus purus, adeoque non potest non benefacere. Sed hic observandum, quod beneficencia Spiritus Sancti geminum admittat respectum, alium ad intra, & alium ad extra. Non enim πρωτως Spiritus Sanctus per aliquam accidentalem potentiam, vel per causalem ενεργειαν, vel per mediorum subordinationem, aut per aliarum causarum conjunctionem, aut aliquo alio imperfectiori modo sua beneficia producit, sed ut verus DEUS ad intra per suam ipsius essentiam omnia sua beneficia perficit, cum opera ad intra materialiter nihil aliud sint, quam ipsa essentia divina. Sed beneficencia Spi-  
ritus

ritus Sancti mox ad extra pergit, cum ad intra nullis beneficiis opus habeat, & creaturis tantum benefacere studeat. Externa beneficentia potissimum conspicitur in beneficiorum productione, relatione, applicatione, conservatione & consummatione, si generaliter de beneficentia Spiritus Sancti loqui velimus; nam specialia beneficia specialem quoque modum respicere videntur.

31. Restat denique Causa Finalis beneficiorum Spiritus Sancti, quæ variis respectibus iterum considerari potest. Nos triplicem saltem respectum attendimus. Datur enim Causa finalis (1) respectu DEI, quæ ratione causa finalis vel αἰτία λῶς consideratur, respectu DEI Unius, & sic beneficia Spiritus Sancti, quoad finem subordinatum, respiciunt DEI Creatoris & Benefactoris notitiam & cultum, ut nimirum ex beneficiis divinis DEum creatorem & benefactorem cognoscamus, sicut ex rebus naturalibus Paulus & Barnabas Act. XIV. 14. id intenderunt. Viri (Lystrenses) quid hæc facitis? Et nos mortales similes vobis homines; annunciantes vobis ab his vanis converti ad Deum vivum, qui fecit cælum & terram, mare & omnia, quæ in eis sunt; qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas: & quidem NON SINE TESTIMONIO semetipsum reliquit, BENEFACIENS, de cælo dans pluvias, & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda nostra. Sic igitur divina beneficia sunt divine essentia, presentia & benevolentia ac beneficentia testimonia, divinaque notitia, vel etiam divini cultus motiva: quoad finem ultimum causa finalis non est alia, quam DEI gloria, cum omnia tendant ad DEI gloriam. Vel αἰτία λῶς, sic beneficia Spiritus Sancti tendunt ad notitiam, cultum & gloriam DEI Patris, utpote qui mittit Spiritum Sanctum Joh. XIV. 26. Item ad notitiam, cultum & gloriam Filii, quia Spiritus Sanctus de Filio testificatur Joh. XV. 26. & sine Spiritu Sancto nemo Jesum quidem Dominum appellare potest 1. Cor. XII. 3. & Christus inquit de Spiritu S. Joh. XVI. 14. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis: peculiariter autem beneficia Spiritus Sancti respiciunt notitiam, cultum & gloriam Spiritus Sancti. Quia ex plurimis, maximis & optimis his beneficiis benefactor optimus, & maximus, ac opulentissimus, cognoscitur, & propter hæc beneficia, tanquam benefactor, ex gra-



ritudinis impulsu devote colitur, & unà cum Patre & Filio Spiritus S. glorificatur. Nam si caelestes exercitus propter bonam gloriam Spiritum S. gloriosè celebrant *Esa. VI. 3.* multo magis nos, propter beneficia regni potentiae, gratiae & gloriae semper eum religiose colere, vel ejus gloriam annunciare debemus.

(2) 32. (II.) Ratione rei, quae ratione beneficiorum Spiritus Sancti finis consistit in optimo rerum omnium, usu, cum certum sit quodlibet Spiritus Sancti beneficium eo respicere potissimum, ut res unaquaelibet ad usum suum applicetur, sine quo res eadem in essentia sua persisterent, talem autem usum non haberent, quem mediante peculiari Spiritus Sancti beneficio consequuntur: nam in Deo vivimus, movemur & sumus; *Act. XVII. 28.* quod de homine dicitur, de rebus aliis facile colligitur, ubi  $\gamma\delta$  esse non inconvenienter ad Patrem certo respectu refertur, à quo res omnes originaliter esse deprehenduntur;  $\gamma\delta$  vivere, vel actu esse, seu realiter existere ad Filium, tanquam vitam rerum omnium *Job. I. 2. 3.* vel vitam  $\alpha\lambda\lambda' \epsilon\zeta\omicron\chi\eta\nu$ , à quo tanquam architecto rerum omnium *Prov. IX. 30.* res omnes vitam & actualem existentiam trahunt, cum in eo cuncta consistant *Col. I. 17.*  $\tau\omicron$  movere, vel moveri, denique refertur ad Spiritum S., cum Spiritus proprium sit movere, quae ratione per Spiritum S. sic omnia moventur & diriguntur ad suum finem ac usum.

(3) 33. (III.) Ratione subjecti, quae ratione subjecta multiplicem fructum ex beneficio Spiritus Sancti percipere dicuntur, unde Spiritui Sancto  $\alpha\lambda\lambda' \epsilon\zeta\omicron\chi\eta\nu$  fructus tribuuntur. *Gal. V. 22.* Fructus Spiritus sunt charitas, gaudium, pax, longanimitas, fides, mansuetudo, continentia, castitas. *Ephes. V. 9.* Fructus Spiritus est in omni bonitate & justitia, & veritate, probantes, quod sit beneplacitum DEO. Sic cum *Gen. I. 2.* Spiritus Sanctus aquis incubuisset, totamque massam rudem suae fecundationis beneficio potenter instruxisset, creaturae singulae prodire, fructumque suum ferre potuerunt, quia *v. 12.* dicitur, protulit terra herbam virentem, & facientem semen juxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens semen secundum speciem suam. *Conf. v. 22. 28.*

(1) 34. Denique pergimus ad variā Beneficiorum Spiritus Sancti differentiam, quia multis modis, multisque respectibus beneficia Spiritus Sancti distribuuntur. Distinguntur (1) ratione durae



*durationis, quia beneficia Spiritus alia sunt aeterna, alia temporalia: Illa nullum initium habent, nullumque suae durationis terminum, & potissimum in divinis decretis reperiuntur, quia Spiritus aeternus Heb. IX. 14. decretis aeternis de creaturis sollicitus fuit, & eorum felicitatem promovere voluit: Temporalia vero sunt, quae Spiritus Sanctus in tempore potissimum erga homines, & erga creaturas reliquas exequitur.*

35. (2) *Ratione temporis, sic beneficia respectu Veteris & Novi Testamenti distinguuntur à B. Chemnit. p. 1. Loc. de Spir. S. p. 98. sunt, inquit, ex scriptura colligendae descriptiones beneficiorum Spiritus Sancti. Ex Veteri Testamento producit sequentia: Ps. LI. 14. Spiritu principali confirma me. Gen. VI. 3. Non judicabit, disceptabit, litigabit, contendet Spiritus meus cum homine in aeternum. Num. XI. 17. & 25. Auferam de Spiritu tuo, & tradam senioribus, ut sustentent tecum onus populi, cumque requievisset in eis Spiritus, prophetaverunt &c. Judic. VI. 34. Spiritus Domini induit Gedeonem. Ibid. c. XI. 29 Factus est Spiritus Domini super Jephthe c. XIII. 25. Spiritus Domini cepit eum agitare. Ubi ponitur verbum  $\equiv \text{VD}$ , quod non simpliciter motum, sed agitationem vehementiorem significat. Munsterus vertit, fortificare, virtutem dare c. XIV. 6. Spiritus Domini irruit in Samson, vel prospere egit cum Samson. Significat enim talem motum, cum aliquid scinditur. Sic 1. Sam. X. 6. Infiliet in te Spiritus Domini, invadet te. 1. Sam. XVI. 13. Agitare cepit Spiritus Domini Davidem. 1. Sam. XVI. 14. Spiritus Domini recessit à Saule III. Reg. XXII. 24. Transilivit à me Spiritus Domini, dimisit me Job. XXVI. 13. Spiritus ejus ornavit caelos. Psal. CIV. 30. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terrae. Ps. CXLIII. 10. Spiritus tuus bonus deducet me, Esa. XI. 2. Spiritus Domini requiescet super eum. Esa. XXX. 1. Vae vobis, desertores, ut ordiremini telam, sed non per Spiritum meum Esa. XLIX. 16. Dominus misit me, & Spiritus ejus. Ezech. II. 2. Impressus est in me Spiritus. c. III. 14. Spiritus levavit, & assumpsit me III. Reg. XIX. 12. Spiritus Domini asportabit te in locum, quem ego ignoro. Zach. XII. 10. Effundam Spiritum gratia*

tia & precum. *Esa. XLII. 1.* Dedi Spiritum meum super eum  
*Mich. II. 7.* Numquid abbreviatus est Spiritus Domini. *Joel. II. 28.*  
Effundam Spiritum meum, & Prophetabunt, somnia somnia-  
bunt, visiones videbunt. *Ex Novo Testamento* sequentia notat.  
*Matt. I. 18.* Habens in utero ex Spiritu Sancto. *Et v. 20.* Quod na-  
tum est in ea, ex Spiritu Sancto est. *Matt. III. 11.* *Joh. I. 33.* *Marc. I.*  
*8.* *Luc. III. 16.* *Act. I. 5.* Baptisabit vos in Spiritu Sancto. *Luc. I. 35.*  
Spiritus S. superveniet in te. *Act. I. 8.* Accipietis virtutem superve-  
nientis Spiritus S. *Act. II. 4.* Impleti sunt omnes Spiritu Sancto. *Act.*  
*IV. 8.* Tunc repletus Spiritu Sancto Petrus dixit. *Act. V. 32.* Spi-  
ritus Sanctus est testis, quem dedit Deus obedientibus ipsi. *Act.*  
*IX. 15.* Ut acciperent Spiritum Sanctum. *Joh. XX. 22.* Accipite  
Spiritum Sanctum. *Gal. III. 2.* Ex operibus legis Spiritum accipi-  
stis, an ex auditu fidei? *Act. X. 44.* Cecidit Spiritus Sanctus super  
omnes audientes verbum. Voluit reddere Hebraicum, irruit,  
insiliit. *Ibid. v. 45.* Etiam in gentes gratia Spiritus Sancti effusa  
est. *Act. XV. 28.* εδοξες, visum est Spiritui Sancto. *Act. XIII. 2.* Di-  
xit Spiritus Sanctus. *Act. XXIII. 9.* ελάλησε. *Act. IX. v. 25.* sicut  
*Matt. X. 20.* Non vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris.  
*Act. XV. 8.* Dans ipsis Spiritum Sanctum, sicut *1. Thes. IV. 8.* *Act.*  
*XVI. 6.* κωλυθέντες, prohibiti à Spiritu Sancto. Et mox *v. 7.*  
Non permisit eos Spiritus. *Act. XX. 22.* Ecce alligatus ego Spi-  
ritu, vado in Jerusalem. Et *v. 28.* Spiritus Sanctus posuit vos  
Episcopos. *Rom. XV. 13.* In virtute Spiritus Sancti. *1. Thes. I. 6.*  
cum gaudio Spiritus Sancti. *Rom. XV. 16.* Oblatio gentium fiat  
accepta, sanctificata in Spiritu Sancto. *1. Cor. VI. 19.* Corpus ve-  
strum templum est τὸ ἐν ὑμῶν ἅγιον πνεῦμα τὸ ἑσθλόν. *1. Cor. XII. 3.*  
Nemo potest dicere Jesum Dominum, nisi in Spiritu Sancto.  
*11. Cor. XIII. 18.* κοινωνία Spiritus Sancti sit cum omnibus vo-  
bis. *Phil. II. 1.* si quæ communio Spiritus. *Eph. I. 13.* Obsignati  
estis Spiritu promissionis. *Eph. IV. 30.* Ne contristetis Spiritum  
Sanctum Dei. *11. Tim. I. 14.* Per Spiritum Sanctum, qui habitat  
in nobis. *1. Cor. III. 16.* *Rom. IX. 9.* Spiritus Dei habitat in vo-  
bis. *Eph. V. 18. 19.* Impleanimi Spiritu Sancto, loquentes vo-  
bismetipsis in Psalmis, hymnis &c. *Ti. III. 5. 9.* ἀνακαινώσεως,  
renov-

renovationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos opulenter, ut  
justificati hæredes simus vitæ æternæ. *Eph. IV. 23.* ἀναεῖδα  
Spiritu mentis vestræ. *Heb. II. 4.* περισσοῦς Spiritus Sancti. *Heb.  
X. 15.* Testatur nobis Spiritus Sanctus. *Act. XX. 23.* Spiritus in  
singulis civitatibus testificatur *11. Pet. I. 21.* A Spiritu Sancto  
Φερόμενοι, locuti sunt Sancti Dei homines. *Luc. II. 25. & 26.* Spi-  
ritus Sanctus erat in eo: & responsum acceperat à Spiritu San-  
cto. *Luc. X. 21.* Eo tempore exultavit Jesus in Spiritu. *Rom. V.  
5.* Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum San-  
ctum, qui datus est nobis. *c. XV. 30.* Obsecro per charitatem  
Spiritus. *Heb. VI. 4.* Qui participes facti sunt Spiritus Sancti  
*Act. XIII. 2.* Dixit Spiritus Sanctus, Segregate mihi Barnabam &  
Sanlum ad opus, ad quod vocavi ipsos. *Matt. XII. 28.* Si in Spi-  
ritu Dei ejicio dæmonia *Rom. II. 14.* Qui Spiritu Dei agun-  
tur, ii sunt Filii Dei. *Gal. V. 16. & 25.* Spiritu ambulate. Si Spi-  
ritu vivimus, Spiritu & σοιζώμεν. *Item v. 18.* Si Spiritu agimi-  
ni, non estis sub lege. *Act. II. 39.* Spiritus Domini rapuit Phi-  
lippum *1. Cor. VII. 40.* δοκῶ & ego, Spiritum Dei habere *1. Cor.  
XII. 3.* Nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu *Phil.  
III. 3.* Spiritu Dei λατρεύοντες. *1. Pet. IV. 14.* Spiritus super vos  
ἀναπαύεται. *1. Joh. IV. 2.* In hoc cognoscite Spiritum Dei. *Gal.  
IV. 6.* Emisit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra *Phil. I. 19.*  
Subministratio ἐπιχορηγία Spiritus Jesu Christi. *Matt. IV. 1.*  
ἀνήχθη ductus est in desertum *Marc. I. 12.* statim Spi-  
ritus ἐβάλετο ipsam in desertum *Luc. 4. 1.* ἦγετο à Spi-  
ritu in desertum *Joh. III. 6.* Quod natum est ex à Spi-  
ritu, Spiritus est. *Item v. 5.* Nisi quis renatus fuerit ex aqua &  
Spiritu, non potest introire regnū Dei. *Joh. IV. 23.* Veri adoratores  
adorabunt Patrem in Spiritu & veritate. *Rom. II. 26.* Nescimus,  
quomodo orandum sit, Spiritus interpellat pro nobis gemitibus  
inenarrabilibus. *Ephes. VI. 18.* Orantes omni tempore in Spi-  
ritu. *Joh. VI. 63. & 11. Cor. III. 6.* Spiritus est, qui vivificat. *Rom.  
II. 2.* Lex Spiritus vitæ. *ibid. v. 6.* Φρόνημα Spiritus, vita &  
pax. *Item v. 10.* Spiritus est vita propter justitiam. *Rom. II. 29.*  
Circumcisio cordis in Spiritu, non litera. *Rom. VII. 6.* Ut servi-  
amus in novitate Spiritus. *c. II. 26.* Spiritus subvenit infirmi-  
tatibus nostris *Rom. XII. 10.* Spiritu ferventes *1. Cor. II. 4.* In  
osten

ostensione Spiritus & veritatis. *Item v. 10.* Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei *1. Cor. XII. 4.* seq. Divisiones donorum, idem autem Spiritus, qui operatur omnia in omnibus. Nam huic quidem per Spiritum datur sermo sapientiae &c. *Joh. III. 34.* Filio non ad mensuram dat Deus Spiritum *1. Cor. V. 11.* Abluti estis, sanctificati estis, justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri. *1. Cor. XII. 13.* In uno Spiritu omnes in unum corpus baptisati sumus. *Gal. V. 22.* Fructus Spiritus est charitas &c. *Gal. V. 17.* Spiritus concupiscit adversus carnem. Caro & Spiritus sibi invicem adversantur. *Item v. 5.* Nos Spiritu ex fide spem justitiae expectamus. *Eph. II. 18.* Per Spiritum habemus accessum utriusque, Judaei & Gentes, per unum Spiritum ad Patrem *Eph. III. 16.* Virtute corroborari per Spiritum Sanctum in interiori homine. *Item v. 5.* Revelatum nunc est sanctis Apostolis ejus & Prophetis in Spiritu *Ephes. VI. 17.* Gladius Spiritus *Col. I. 8.* Charitatem vestram in Spiritu *11. Thesf. II. 13.* Deus elegit nos primitias ad salutem *ἐν αἰγιατοῦ* Spiritus. *1. Pet. I. 2.* idem vocabulum legitur. *Act. VII. 51.* Vos semper Spiritu Sancto resistitis. *Rom. II. 16.* Spiritus Sanctus testimonium reddit Spiritui nostro, quod sumus Filii Dei. *11. Cor. III. 17.* Ubi Spiritus Dei, ibi libertas. *Apoc. XI. 17.* Spiritus vitae ex Deo ingressus est in illos. *Joh. XIV. 16. & 26.* Pater Paraclerum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum. Ille docebit vos omnia *Joh. XV. 26.* Spiritus veritatis testimonium perhibebit de me. *Joh. XVI. 8.* Spiritus Sanctus arguet mundum. *Item v. 13.* *ὁδηγήσει* vos in omnem veritatem *Item v. 13. 14.* Quaecumque audierit, loquetur, & quae futura sunt, annuntiabit vobis. Ille me glorificabit. *Act. IV. 31.* Repleri sunt omnes Spiritu Sancto, & loquebantur sermonem cum fiducia. *Rom. II. 11.* Vivificabit mortalia corpora propter Spiritum inhabitantem. *Item v. 15.* Per Spiritum clamamus, Abba Pater *1. Cor. II. 9. 10.* Quae oculus non vidit, auris non audivit, nobis verò Deus revelavit per Spiritum Sanctum. *Item v. 12.* Accepimus Spiritum, qui ex Deo est, ut sciamus, quae à Deo nobis donata sint, quae & loquimur. *Hæc B. Chemnitius tum ex V.*

CUM

cum ex Novo Testamento de *beneficiis Spiritus Sancti* proponere voluit, *partim* ut uno quasi intuitu fidelis homo beneficia Spiritus Sancti contemplari posset, *partim* ut frequentissimam beneficiorum Spiritus in Sacris literis introductionem insinuarer, *partim* ut ex allegatione frequentissima necessitatem illorum demonstraret, *partim* ut summam ipsorum jucunditatem oculis non tantum, sed etiam cordibus implantaret, *partim* ut multiplicem, & salutarem imprimis illorum utilitatem designaret &c. Hinc etiam nos ex eodem illa repetere volumus, cum in iis fundamentum totius nostræ tractationis latere videatur.

36. Ex quibus haud difficulter apparet, quod *Spiritus Sancti dona communia* sunt *Veteri & Novo Testamento*, sicut ex allegatis dictis ad oculum demonstrari potest. *Gravissimus* igitur est *error Socinianorum*, quo *Spiritum Sanctum & ejus dona vel beneficia* sic ad *Novum Testamentum* restringunt, ut ne utriquam eadem vel in *Veteri Testamento* fuisse, vel in eodem taliter esse potuisse concedant. Sic enim *Crell. tract. de Spiritu S. cap. 5. p. 371.* Cum indagandum proponitur, quibusnam hominibus *Spiritus Sanctus* detur, vel de qualitate quaeritur, ac conditione, statuque hominum, quibus *Spiritus Sanctus* dari soleat, vel de tempore ac seculo, in quo illi vivant. Quare prius illud expediemus, qualibus, aut cujusmodi hominibus à *Deo & Christo* ordinariè detur. Deinde ad quæ tempora tam præstans donum pertineat: Quod prius attinet, satis ex literis novi fœderis constat, in demum hominibus *Spiritum Sanctum* à *Deo, Christoque* promissum, iisque etiam dari, qui in *Jesum Christum* crediderint, præsertim si jam aperte fuerint nomen ejus professi, & sese ad obsequium ei præstandum composuerint, ejusque mandata pro viribus exequi laboraverint &c. p. 395. quod *Vetus Testamentum* carnale fuerit, nec ulla generalis de *Spiritu Sancto* dando *Israelitis* extiterit promissio. Sic etiam *Volckel. l. 3. de V. R. c. 13. seq.* prolixè disserit de *Spiritu Sancto*, quod sit promissum *Christi*, speciale *Novo Testamento*, quemadmodum multis d. l. c. 13. idem contendit. Nonnunquam eque *comparative* loqui videntur, prout ex *Socin. prælect. c. 5. p. 15.* comparet: Cum sub *N. Testamento* promissa longe sint præstantiora, quam sub *vetere*, hinc fit, ut sub *Novo* divina legi parere

F

multo

multo facilius sit, quam sub vetere. Interius autem auxilium duplex est (exterius auxilium sunt promissiones legi adjunctæ alicujus boni &c.): Unum cum Deus id, quod sibi obedientibus promisit, eorum etiam cordibus quodammodo inscribit. Alterum, cum ad ipsius voluntatem recte percipiendam, quæ in externo verbo propter res infinitas, de quibus in humana vita agere & deliberare contigit, expresse omnino continere nequit, mentem erudit, eamque illustrat. De hoc posteriore in omnes loci intelligendi sunt, in quibus rogatur Deus, ut voluntatem suam doceat, ut Psal. CXLIII. 8. 10. & Psal. CXIX. multis in locis, præsertim v. in litera Ain. De prioris vero in quibus Spiritus Sancti fit mentio, quem Deus, tanquam arrhabonem quandam futuri alicujus magni boni, hominibus largiatur, de quo 11. Cor. I. 22. & c. V. 5. Ephes. I. 13. 14. Nam externa dona Spiritus Sancti, in locis istis intelligi non debere, sed interiorem quandam vim, primus ex istis ostendere videtur, ubi scriptum est: Et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. Ex his duobus interioribus auxiliis, prius magis proprium est Novi Testamenti, posterius vero Veteris. Quid quemadmodum in N. T. vera bona promissa sunt; sic in veteri Dei voluntas in moralibus actionibus non ita explicata est, ut in Novo: licet inquam comparative videantur loqui, tamen absolute sentiunt, & Spiritum S. in N. T. demum datum, esse donum N. T. proprium &c. apertis verbis docent, id quod facile deprehenditur ex multis non obscuris documentis, partim dum illud Spiritus Sancti donum Novo Testamento proprium à Socinianis dicitur, partim dum Spiritus promissionis ad Christum restringitur, qui juxta Socinianos ante Mariam non fuit: sic enim Volckel l. 3. de V. R. c. 13. p. 81. Christus Spiritus Sancti munus suis se largiturum ostendit, qui eam ipsam ob causam Spiritus promissionis appellatur; partim quia, juxta Socinianos, Spiritus Sanctus vel est ipsum Evangelium, ut habet Theophil. Nicolaid. in defens. tract. de Eccl. & misf. ministr. adv. Andr. Miedzib. p. 24. Si quis jactet aliquem Spiritum extra Evangelium, eum toto cælo errare, nos una cum Pontificiis affirmamus: si quis verò Spiritum Dei gloriatur, QVI EST EVANGELIUM JESU CHRISTI, eum rectissime facere, nemo nisi mentis & pietatis inops inficiabit, & qui hunc Spiritum non gloriatur, is hoc ipso nomine indignus est, cui fides habeatur in iis, quæ ad religionem spectant; Evangelium, juxta mentem ipsorum, non est V. sed N. T. partim quia secundum ipsos

ipſos Spiritus Sanctus vel eſt virtus ad hereditatem caeleſtem, ut ha-  
bet Volckelius d. l. Spiritus Sanctus eſt illa Dei virtus, per quam admi-  
rabili ratione efficitur, ut nos aliquando in caeleſtis hereditatis poſſe-  
ſione conſtituendos eſſe exploratiſſimum habeamus; vel ipſa ſpes vitae æ-  
ternæ, ſicut ſcribit Smaltz. de divin. Chriſti c. 8. p. 34. Spiritum  
Sanctum, QVI EST PROMISSUM NOVI FÆDERIS PRO-  
PRIUM, nihil aliud eſſe, quam ſpem vitae æternæ, nobis à Deo promiſ-  
ſa, quam in animis noſtris ſentiamus, certam & firmam Conf. p. 35.  
vel arrha hereditatis noſtræ, Volckel. d. l. p. 82. Smaltz. d. l. p. 34.  
quæ omnia juxta mentem Socinianorū Novo Teſtamento propria  
ſunt, cum in V. T. promiſſio vitae æternæ neutiſquam ex ipſorum  
mente reperiatur. Vid. Volckel. d. l. c. XI. p. 56. ſeqq. Smaltz. c. VII.  
p. 25. c. II. v. 20. ſeqq. Sed contrarium ex allegatis locis liqui-  
do ſatis apparet, cum & ex V. & N. T. clariffima de Spiritu S.  
teſtimonia ſint adducta, quæ communitatem beneficiorum inviſte  
demonſtrant.

37. (III) ratione ſubjectorum beneficia Spiritus quoque di-  
ſtingvuntur, cum certum ſit, quod alia beneficia contingant ho-  
minibus, alia reliquis creaturis: illorum maxima datur multitudo,  
cum certum ſit quod in creatione Deus potiffimum ad homi-  
nem, iſeu  $\mu\eta\gamma\acute{\alpha}\nu\omicron\sigma\mu\omicron\nu$ , & totius macrocoſmi centrum, ſive ſcopum, re-  
ſpexerit: unde quoque dicitur de Chriſto Pſal. LXIIX. 19. quod  
aſcenderit in altum, & captivam duxerit captivitatem, & dona  
acceperit pro hominibus, quod potiffimum de donis & beneficiis  
Spiritus Sancti, juxta N. Teſtamenti declarationem, intelligitur  
Conf. Ephſ. IV. 8. ſeqq. neque tamen ita beneficia Spiritus Sancti  
ad homines reſtringuntur, ut aliis creaturis denegentur, cum quo-  
tidie Spiritus Sanctus etiam donis atque beneficiis ſuis reliquas  
creaturas exornet.

38. (IV) Ratione Objectorū, quia beneficia Spiritus, quæ creaturarū in  
bonū operatur, vel ordinantur ad Deū, ejusq; gloriā reſpiciunt, vel  
ad homines, eorumque felicitatem ſive pariunt, ſive cuſtodiant:  
vel ad ſubjectum ipſum, cui talia beneficia contingunt. B. Chemni-  
tius ad credentes potiffimum hanc diſtinctionem applicat d. l. p.  
100. Fructus, quos operatur Spiritus Sanctus in credentibus, ordinantur

vel ad DEUM, vel ad proximum, vel ad ipsos credentes, ut caveant à peccatis, castigent corpus suum, gubernent cogitationes & affectus, ne contristent Spiritum Sanctum, ut testimonium bonæ conscientiae habeant, quod p. 101. peculiari tabula divisionis repetit.

39. (V.) Ratione præcipuorum operum divinorum beneficia Spiritus Sancti referuntur, juxta Symbolum Apostolicum (1) ad opus creationis, quæ ratione tribuitur Spiritui Sancto tum beneficium primæ creationis Gen. I. 2. Spiritus Domini ferebatur super aquas, tanquam omnipotens creator. Et Psal. XXXIII. 6. quod Spiritu oris Jehovæ omnis cælorum exercitus firmatus sit: quod autem de cælorum exercitu legitur, illud de terrarum exercitu, vel de terrenis creaturis subintelligitur. Job. XXVI. 13. Spiritus ejus ornavit cælos: tum beneficium continuæ creationis, vel conservationis & renovationis, sicut Jobus de semetipso dicit cap. XXXIII. 4. Spiritus DEI fecit me, & spiraculum omnipotentis vivificavit me: quod autem de Jobo dicitur, de aliis simul intelligitur. Sic etiam de creaturis aliis beneficium Spiritus Sancti Psal. C IV. 30. adducitur: Emitte Spiritum tuum & creabuntur, & renovabis faciem terræ. (2) Ad opus redemptionis, respectu cuius Spiritus Sanctus variis modis sua beneficia contulit, tum respectu Messie prædictionis, quia Spiritus Christi fuit in Prophetis, & suo beneficio mysteria Messie tempore V. T. revelavit 1. Petr. I. 11. tum respectu Messie conceptionis, quia conceptionis opus Spiritui S. tribuitur Luc. I. 35. tum respectu divinæ unctionis, quia Spiritum accepit Messias in hac unctione non ad mensuram, sed sine mensura Job. III. 34. ita ut plenus Spiritu fuerit Luc. IV. 1. & eodem, tanquam oleo lætitiæ præ consortibus unctus sit Psal. XLV. 8. tum respectu divinæ Spiritus permansionis & inhabitationis, quia secundum Esa. XI. 2. requievit super Messiam Spiritus Domini, Spiritus sapientiæ & intellectus, Spiritus consilii & fortitudinis, Spiritus scientiæ & timoris Domini: hinc Messias ipse cap. LXI. 1. de se testatur: Spiritus Domini super me, etenim unxit me Dominus, ad Evangelizandum afflictis misit me &c: tum respectu baptismi Christi Matt. III. 16. quia cum Jesus baptizatus esset, & de aqua confestim ascendisset, aperti sunt ei cæli, & Johannes vidit Spiritum DEI descendentem super ipsum, sicut solubam: hinc Baptista testimonium perhibet de Messia Job. I. 32. Vidi



Vidi Spiritum descendentem quasi columbam, de caelo, & mansit super eum, & ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu Sancto: tum respectu vicariæ representationis Christi Matt. IV. 1. quia Jesus ductus est in desertum à SPIRITU, ut tentaretur à Diabolo, juxta Marc. I. 12. Spiritus expulit eum in desertum. Conf. Luc. IV. 1. tum respectu Evangelicæ prædicationis Luc. IV. 18. ubi Spiritui Sancto tribuitur Messiae prædicationis: tum respectu miraculosæ operationis, quia Christus ipse restatur Luc. XI. 20. quod in digito DEI demonia ejiciat, vel alia miracula faciat: digitus autem DEI Spiritus Sanctus est, ut ex loco parallelo constat Matt. XII. 28. tum respectu meritoriae passionis, quia Christus summus sacerdos per æternum Spiritum in ara crucis sanguinem suum obtulit Heb. IX. 14. tum respectu victoriosæ resurrectionis, quia Christus declaratus est Filius DEI in virtute secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Rom. I. 4. hinc Spiritus Sanctus cap. IIX. 17. vocatur Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum à mortuis &c. (3) Ad opus sanctificationis, utpote quod peculiari quodam respectu cum omnibus beneficiis subordinatis ad Spiritum Sanctum refertur.

40. (VI.) Respectu Regni Christi dicuntur alia beneficia Spiritus (1) in regno potentie, quæ nim. ad externam mundi, vel politiarum conservationem, sive gubernationem spectant, quemadmodum huc referri possunt, illa beneficia, quibus ad Israeliticæ politicæ conservationem, restaurationem & gubernationem Spiritus varios Heroes excitavit, prout passim legimus Judic. III. 10. VI. 36. XI. 29. &c. (2) in regno gratiæ, quia regnum gratiæ nihil aliud est, quam Ecclesia, quæ tota pender ab *ὀικονομία* vel *Ἀγκυρία* & *πνεύματι* II. Cor. III. 3. Spiritus enim Sanctus in Ecclesia Dominus & Magister est, qui tum Doctores, tum auditores suis beneficiis coronat. Et hæc beneficia Spiritus in Ecclesia semper extiterunt inde à temporibus paradisiacis, & Evangelii prima revelatione, & durabunt usque ad seculi consummationem, quia ne portæ quidem inferorum adversus Ecclesiam, ejusque ministerium, prævalere poterunt. Matth. XVI. 16. (3) in regno gloriæ, quia tunc demum apparebit, quænam, & quanta, vel etiam qualia sint in se Spiritus Sancti bene-

beneficia, quando videbimus eum, ut verum Deum, sicuti est  
1. Joh. III. 3.

(7)  
41. (VII.) B. Chemnitius insuper hæc beneficia d.l. pag. 98.  
distribuit in *universalia & specialia*: Beneficia, scribit, Spiritus San-  
cti, quæ confert tum in omnes creaturas, tum maxime in homines,  
commodissimè omnium in hac brevi tabella Theologiæ stu-  
diosis ob oculos poni possunt; Quæ nim. sint operationes Spiritus  
Sancti in actione tum universali, ratione Creationis su-  
stentationis, conservationis, gubernationis: tum speciali, in beneficiis  
erga Ecclesiam ratione vel totius corporis, ut in conservatione Ministe-  
rii & Ecclesiæ, vel singulorum, quoad corpus, & quoad animam, tum  
ratione Mentis, voluntatis & cordis. Hanc distinctionem pluribus  
illustrat p. 100. Sunt autem operationes Spiritus Sancti vel in actio-  
ne universali creationis & sustentationis rerum; vel in speciali actio-  
ne & beneficiis erga Ecclesiam. Et illa beneficia vel complectun-  
tur totum corpus Ecclesiæ, ut conservatio ministerii Act. XX. 28. Spiritus  
S. posuit vos Episcopos &c. Act. X. 40. 41. Hunc Jesum dedit Deus ma-  
nifestum fieri, non omni populo, sed nobis præordinatis testibus à DEO.  
Matth. X. 20. Non vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris. Idem  
etiam Spiritus facit, ut labores in gubernatione Ecclesiæ non sint  
inanes. Num. XI. 25. Esa. LV. 11. I. Cor. XV. 51. vel exhibentur illa be-  
neficia singulis membris. Et quia illa beneficia varia sunt: hæc di-  
stinctio aliquid lucis afferet. Velenim pertinent ad corpus pio-  
rum, ut Rom. II X. 11. Vivificabit mortalia corpora vestra. Item I. Cor.  
VI. 19. An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt Spiritus San-  
cti? Glorificate igitur DEUM in corpore vestro Gal. V. 17. Spiritus  
concupiscit adversus carnem: Vel ad animam. Et quia in anima tres  
sunt potentia, mens, voluntas, cor: assignantur singulis partibus  
sua peculiaria beneficia. Mentem illuminat Spiritus Sanctus ve-  
ra agnitione voluntatis DEI, & gubernatione, ne fanaticis &  
Diabolicis furoribus opinionum impleatur, adjuvat item & fle-  
ctit mentem & assensionem, ut fiat talis *πνευμασία*, quasi  
impressa mentibus nostris *σφραγίς* Spiritus Sancti: Volunta-  
tem vero flectit ad obedientiam erga DEUM in timore, fida-  
cia, invocatione, confessione. Et in corde accendit novos motus,  
consen-

consentientes cum voluntate DEI, ne polluamus nos vagis libidibus: nec cædibus, furtis, rapinis, imposturis, mendaciis, aut similibus sceleribus publicam societatem turbemus. Hæc distinctio complectitur totam doctrinam de beneficiis Spiritus Sancti: & facile est videre, quæ testimonia ad quam partem divisionis sint referenda. Ista B. Chemnitius.

42. (II X.) Nos hanc distinctionem paulo aliter juxta scripturam explicabimus. Nam alia beneficia sunt *generalia*, quæ referuntur ad omnes creaturas, & ad omnes homines, etiã ad homines infideles, extra Ecclesiam viventes, quæ nimirum pertinet ad communem productionem, ad communem conservationem, & ad communem gubernationem: alia sunt *specialia*, quæ specialiter Ecclesie DEI contingunt, utpote quæ Sancti Spiritus officina, cum ibidem innumera beneficia fidelibus præparet, & eadem iis per verbum & Sacramenta communiter offerat, ac per veram fidem salutariter applicet. Qualia sunt *vocatio & missio ministrorum* Luc. XII. 12. Act. XI. 4. cap. XX. 28. I. Cor. XII. 8. *Verbi revelatio* Matt. X. 20. *hominum regeneratio* Joh. III. 5. 6. I. Cor. VI. 11. Tim. III. 5. *renovatio* Rom. II. 29. cap. XV. 16. II. Thess. II. 13. *illuminatio cordium* Ephes. I. 17. 18. I. Joh. II. 20. 27. Hebr. VI. 4. *excitatio filialis fiducie* Rom. II X. 15. II. Cor. IV. 13. Gal. IV. 6. 7. & *filialis timoris* Esa. XI. 2. *veræ charitatis* Gal. V. 22. *Christiana libertatis* Rom. II X. 1. 2. II. Cor. III. 18. *precum fiducialium* Zach. XII. 10. Joh. IV. 24. Rom. II X. 15. 23. 26. *vite nostræ gubernatio* Psal. CXLIII. 11. Nehem. VII. 10. *cordis pari creatio* Psal. LI. 12. *vivæ consolatio* Joh. XIV. 6. XV. 26. *fidelium confirmatio* Rom. II X. 16. 17. *perpetua inhabitatio* Rom. II X. 11. & quæ sunt alia Sancti Spiritus beneficia, quæ passim in sacris literis respectu Ecclesie, vel civium ejus notantur. Hinc Spiritus S. dicitur *anima Ecclesie*, quia, ut loquitur August. serm. 186 de temp. quod est anima corpori hominis, hoc est Spiritus Sanctus mystico corpori, quod est Ecclesia: nam quod anima agit in corpore, vel ej. membris, id in Ecclesia Spiritus S. operatur, quæ mysticum Christi corpus est Eph. I. 29. hoc mysticum corpus Spiritus S. animat, vivificat, illuminat, movet &c. Dicitur Spiritus Ecclesie, quia cunctas spirituales operationes

Joh. 4, 4

rationes in eadem perficit. Alia *singularia*, quæ *singularibus* tantum *subjectis* contingunt, respectu *oconomias* ministerii Ecclesiastici. Talia *singularia beneficia* rursus trifariam considerari possunt (1) *ἐξορκισ* vel *eminenter*, & ita *seruo magno*, Christo Jesu quoad *oconomiam* ministerii, tantum convenerunt, sicut testatur Esa. XLII. 1. 2. *Ecce servus meus, sustentabo eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: DEDI SPIRITUM MEUM super eum, iudicium gentibus proferet &c.* (2) *ιδίως* & *peculiari* quadam *ratione*, sic *Patriarchæ*, *Propheta*, vel alii *viri θεοπνευστοι* primitias *singularium* donorum & beneficiorum Spiritus Sancti quasi per *typum* in Veteri Testamento ad Ecclesiam Israeliticam sive *fundationem*, sive *conservationem* sive *restorationem* acceperunt, quemadmodum eorum *insignem* *catalogum* *Scriptura* *Testamenti* *veteris* *exhibet*; Sed *integram* *messem* *horum* *beneficiorum* *Apostoli* per *visibilem* & *extraordinariam* *Spiritus* *effusionem*, ad Ecclesiam catholicam per *universum* *orbem* *terrarum* *plantationem*, una cum *discipulis* *insceperunt*. (3) *κοινως*, quia *dona*, vel *beneficia*, quæ respectu *totius* *Ecclesie*, vel *omnium* *fidelium* aut *Ecclesie* *civium* *singularia* *vocantur*, *omnibus* *Ecclesie* *Doctoribus* quoad *mensuram* *tamen* *distinctam*, *communiter* *contingunt*, quia *verbum* *dat* *ipse* *cum* *magno* *exercitu* *Evangelistarum* *Psal.* *LXIIII. 12.* & *Christus* *post* *adscensionem* & *sessionem* *ad* *dextram* *Patris* *per* *Spiritum* *Sanctum* *dedit* *Ecclesie* *quosdam* *quidem* *Apostolos*, *quosdam* *autem* *Prophetas*, *alios* *verò* *Evangelistas*, *alios* *autem* *Pastores* & *Doctores* *ad* *præparationem* *Sanctorum* *in* *opus* *ministerii* *in* *ædificationem* *corporis* *Christi* *Eph.* *IV. 11. 12.* Et *integrum* *catalogum* *talium* *beneficiorum* *recenset* *Paulus* *1. Cor.* *XII. 3. seqq.* quæ *gradu* *peculiari* *floruerunt* *in* *Ecclesia* *primitiva*, *sua* *tamen* *mensura* *communi* *per* *omnia* *secula* *manserunt* *in* *Ecclesia*.

43. (IX.) B. Chemnit. adhuc alium d. l. p. 100. *veterum distinctionem*, quæ & ipsa lucis aliquid afferre possit huic doctrinæ, per certorum membrorum distinctionem annotavit. Exhibentur inquit beneficia Spiritus Sancti, & sunt necessaria (1) *Peccantibus*. Quod enim illi non statim absorbentur terra, sed conceditur ipsis interveniente deprecatione Christi *Luc.* *XIII. 8.*

XXIII.

**XXIII. 34.** *Spacium penitentiae, illud est beneficium Spiritus Sancti, qui ipsos adducit ad penitentiam, non solum docendo, admonendo, corripiendo: sed etiam terrendo, litigando, judicando, convertendo &c. (2) Penitentibus, erigens corda contrita fiducia misericordiae propter Mediatorem, vivificans mortificatos consolatione fidei, abluens, justificans, regenerans, renovans, &c. (3) Ambulantibus in novitate vitae: flectens voluntatem & cor ad obedientiam, concupiscens adversus carnem, suo phronemate agens conversos, juxta illud *Psal. CXIX. 35. Deduc me in semita mandatorum tuorum.* (4) Crescentibus in agnitione Dei & in charitate (5) Perseverantibus in vera penitentia & fide *Phil. I. 6. Quae incipit in vobis bonum opus, perficiet.* (6) Pugnantibus contra Diabolum, mundum & carnem *Rom. VII. 5. 6. &c. Item luctantibus cum propria conscientia* *1. Joh. III. 20. 21.* (7) Tribulatis & patientibus, consolando, adjuvando *Rom. II. 26.* (8) Florentibus, ne fiant impingvari, increpatis, & recalcitent; *Deut. XXXII. 15. Non incidant in securitatem juxta illud Exod. XXXII. 6. Sedit populus manducare & bibere, & surrexit ludere.* (9) Orantibus: Spiritus precum *Zach. XII. 10. interpellans pro nobis gemitibus, inenarrabilibus* *Rom. II. 26.* (10) Versantibus in Ministerio *Esa. LI. 21. Spiritus meus non recedet ab ore tuo. Joh. XIV. 26. Sugeret vobis, quaecunque dixi vobis.**

44. (X) Utilis etiam & trita satis distinctio, qua *χρησιμωτα*, vel beneficia Spiritus Sancti dispescuntur in *dona*, vel beneficia *sanctificantia & ministrantia*: haec sunt dona quaedam peculiaris certis quibusdam personis, videl. Ecclesiae ministris potissimum, ad Ecclesiae totius aedificationem concessa, piis & hypocritis in Ecclesia communia, quae *Scholasticis gratiae gratis datae* vocantur, sicut nota satis distinctio *Scholasticorum* in *Gratiam gratis datam*, & *Gratiam gratum facientem*: illa secundum ipsos homini confertur ad salutem vel utilitatem aliorum, haec ad propriam salutem & justificationem: illa suo modo conceditur, haec rejicitur ab orthodoxis. Ad illam novem praecipua referunt beneficiorum, seu donorum genera (1) *Sapientiam* (2)

G

scien-

*scientiam (3) fidem (4) Gratiā sanctorum (5) operationem virtutum  
 (6) prophetiam (7) Discretionem Spirituum (8) Genera linguarum (9)  
 Interpretationem sermonum.* Licet autem plura sint Spiritus Sancti beneficia, hæc tamen dari gratis, & sine meritis facile concedere possumus. Et de hac gratia passim Apostoli loquuntur 1. Cor. XV. 10. *Gratia Dei in me non fuit vacua, sed abundantius omnibus laboravi* Eph. IV. 7. *unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi* 1. Tim. IV. 14. *Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterii* 1. Tim. I. 6. *Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ in te est per impositionem manuum* 1. Pet. IV. 10. *Unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei.* Sed illa, nim. *donationes sanctificantia* sunt beneficia Spiritus Sancti solis fidelibus, vereque piis communia, vel necessaria, quæ sunt vera & salvifica fides, spes, charitas, timor Dei, adeoque omnia, quæ ad veram sanctificationem, renovationem, sive novi hominis conditionem pertinent. Scholastici quidem vocant *Gratiā gratum facientem*, sed nec *biblicè*, nec *Theologicè*, cum gratia nos faciens. Deo gratos nulla sit alia, quam gratuitus Dei favor, vel amor, propter Christum fide apprehensum, in gratiam nos recipiens Ephes. I. 4. Nam quicquid in nobis est, vel bonarum qualitatum, sive virtutum, vel bonorum operum, illud totum ad gratiam gratis datam, non ad gratiam gratos facientem referendum est, siquidem omnia si fecerimus, dicendum nobis est, inutiles servi sumus, teste Christo Luc. 17, 10. Ac proinde nulla datur in nobis *gratia gratum faciens*, cum non per *inherentem*, sed per *imputatam Christi justitiam* coram Deo grati simus & accepti, quia *ἐν τῇ χάριτι αὐτῆς ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἡγαπημένῳ* Eph. I. 6. Et de his beneficiis tum ministrantibus, tum sanctificantibus, universa scriptura testatur, cum ipsa scriptura per se beneficiorum illorum testimonium inferat, & quoad naturam administrantia, quoad salutarem efficaciam potissimum ad sanctificantia respiciat.

45. (XI) Beneficia Spiritus Sancti porrò considerantur ὀλιχώς, in ipsa Scriptura Sacra, quippe quæ magnum quoddam, id continuūque Spiritus

*Spiritus Sancti beneficium* est, cum *omnis scriptura sit θεοπνευστος* II. Tim. III. 16. & nonnunquam ex humana voluntate prophetia quædam allata, sed sancti Dei homines locuti sunt ὑπὸ τοῦ πνεύματος & αἰγὶς φερόμενοι II. Petr. I. 21. *Scriptura Sacra solis* instar est, per quem *Spiritus Sanctus* in Ecclesia, seu fidelibus gratiæ diem facit, vel accendit: *Scriptura Sacra lux* est, per quam *Spiritus Sanctus* parvulorum oculos illuminat. *Scriptura Sacra* est *via*, in qua *Spiritus Sanctus* fideles ducit: est ipsa *Spiritus Sancti manus*, qua mediante fideles *manu quasi ducit*: est *Spiritus S. baculus*, cujus beneficio *Spiritus Sanctus* in via veritatis & pietatis nos ducit: est *cynosura Spiritus Sancti*, vel *mercurialis quædam statua* juxta, quam pios in omni vita ducit: est *lucerna Spiritus S.*, qua viam vitæ per tenebricosas rerum mundanarum voluptates illuminat, ut citra periculosas offensiones ambulare fideles queant: est *denique promptuarii omnium beneficiorum Spiritus Sancti*: Vel considerantur *μερικῶς*, qua ratione *singula beneficia*, quæ nobis in sacris literis annotata sunt, huc referenda, toti quæ scripturæ contradistingvenda sunt.


46. (XII) *Beneficia denique Spiritus Sancti sunt vel ordinaria*, quibus juxta communem & consuetum ordinem tum in regno potentie, tum in regno gratiæ *Spiritus Sanctus* ad conservationem utriusque in creaturarum usum atque fructum utitur: vel *extraordinaria*, quæ citra consuetum ordinem, vel ad rerum novarum institutionem, vel ad collapsarum restorationem nonnunquam adhibere solet, quemadmodum multis exemplis Sacrarum literarum id illustrari posset. Sed hæc etiam de *Beneficiorum Spiritus Sancti distributione* sufficiant. SPIRITUI SANCTO, beneficiorum omnium Autori benevolentissimo, Doctori sapientissimo, Datori, vel Dispensatori potentissimo,

SIT LAUS, HONOR, SIT GLORIA!

G 2

ROBERTI





**R**ÖBERI Magni quondam Patris emule  
Gnate,  
Maeste novis titulis, quos Schola nostra  
parat.

Te FREIBERG Avocat, Tibi Patria premia  
summa  
Eximii Studii, LEUCORIS alma, dabit.

Linguam Svada tuam, mentem doctrina co-  
ronat,


At pectus Pietas. Trina corona decus.

DOCTOR COELESTIS dotes, precor,  
augeat in Te,

Hisque gregi Domini commoda multa  
paret!

Gratul. ergò f.

ABRAHAM CALOVIIUS, D




I studiis, Roberere, tuis confisus honores  
Expete, quos offert Leucoris alma tibi.

Hanc



Hanc tenuere viam cœlo terraq̄ve parentes  
Illustres, summū & promerere gradum.  
Sic locus ille tibi debetur jure nepoti,  
Fac maneat seræ posteritatis opus.

JOHANNES MEISNERUS, D.



**O**bstupuit VViteberga Tui, RÖBERE, Parentis  
Munera, divinâ conciliata manu:  
Omnigenas artes, sacratæ flumina suade,  
Temperiem frontis, Relligionis opes.  
Non sunt ista nigro tumulo, mihi crede, sepulta;  
In simili Nato spirat imago Patris.  
Utq̄ magis laudes titulosq̄ Parentis adæques,  
Jam patet Eusebies meta suprema Tibi.  
Sic felix Pater in Nato post funera vivit;  
Sic anti Natus gaudet honore Patris.

ita

Perqvâm Reverendo, Præcellenti & Clarissimo  
DNO. PAULO PHILIPPO RÖBERO, Magni  
Parentis Filio æmulo, Dno. Affini & in Chri-  
sto Fratri suo longè charissimo de novis ho-  
noribus ex animo gratulatur

JOHANNES ANDREAS QVENSTEDT, D.

H

Spiritus

**S**piritus in caelis quamplurima munera condit,  
Profit ut in terris munere cuique suo.  
Omnia dona parat, quæ continet orbis & aether,  
Nil sine sacra<sup>ti</sup> *Flaminis* arte viget.  
*Ipse creat virtute sua, servatq; creata,*  
*Exornans variis cuncta creata bonis.*  
Sed quæcunque *Gregi* gratis parat *Ipse* *fideli*  
*Munera*, transcendunt æstimium omne piûm.  
*Ipse* dat innumeros *Pastores* lumine plenos,  
Instruit hos verbo, muneribusq; bonis.  
*Ipse* *pias mentes* *Doctorum* illuminat omni  
*Luce*, sacrans horum *corda* *Ministerio*.  
Postulat in terris *Grex* plurima *dona* *Piorum*,  
Solut at in caelis *Spiritus* illa parat.  
*Ipse* *Tibi* *mentem*, & *pectus*, ROEBERE VERENDE,  
Et *linguam* ornavit *dotibus* usque suis.  
*Catibus* inde *placens* *sacris*, dum *lumine* *Verbi*  
*Collustras* *mentes*, *cordaq;* *Sancta* *piis*.  
*Gratus* & *Ipse* *manes*, *donorum* dum *memor* *esse*  
Nunc *cupis*, ut *donis* *debita* *grata* *feras*.  
Pergito **SPIRITUI** **SANCTO** sic dicere *laudes*,  
Has *grato* *semper* *pectore*, & *ore* *feras*.  
Ecce *coronabit* **TE** *porro* *Gratia* *Flatus*,  
Atque *tuas* *operas* *munere* *multiplici*.  
*Munere* *multiplici* *donatus* *fænore* *multo*  
*Officium* *facies*, quod *mea* *vota* *volunt*!

*Adm. Rever. Dn. Candid. honoris & amoris*  
*ac felicioris ominis ergo*

f.

**Johannes Deutschmann/D.**

Ad

*Ad Virum plurimum Reverendum & Clarissimum*

DN.

PAULUM PHILIPPUM RÔ-  
BERUM

Ecclesiæ Lutheranae ad D. JACOBI,

*quæ apud FREIBERGENSES est,*

PASTOREM vigilantissimum,

*Omnibusque ibidem probis & piis acceptissimum,*

Dn. AFFINEM & Compatrem honorandum,

& ob candorem animi amandum,

*Cum in Academiâ verè Lutheranâ Witebergensi*

*& cathedrâ LUTHERI*

De BENEFICIIS SPIRITUS SANCTI

publice disputando

*Summos in THEOLOGIA Honores Doctores*

*capessendi licentiam impetraret.*

*ἡ προσφώνησις* amica & pia gratulatio

WERNERI THEODORI MARTINI J. U. D. & P. P.

Seren. Elector. Saxon. CONSILIAR.

---

*Q*uid valeat sanctum votum & benedictio  
PATRIS,

*Exemplo proprio monstras, RÔBERE colende,*

*Virtutes patrias imitans dum PATRIS honores*

*Consequeris dudum meritos, pietate, probâque*

*Vitâ & doctrinâ Sanctâ. Namq; omnibus istis,*

*Te commendasti laudatis atque probasti.*

H 2

THEIO-

THEIOLOGOS veros hos censeo, laudo, proboque:  
Qui vitam formant, mundanis hisce relictis,  
Et spretis, qualem doctrina requirit eorum,  
Non qui sunt lingua solâ, sed mente animoque.  
Te dictis factis FREIBERGA probavit eundem,  
Indeque prosequitur vario constanter amore.  
Exoptatque suum PASTOREM, perpetuumque  
Inspectorem anime, sancti Verbiqve ministrum.

Instinctu quodam divini Numinis almi.  
O ter felices! qui sic ducuntur amore  
Pastores Ovium, qui tali more vocantur!  
Gratulor ex animo de tali Sorte, colende  
AFFINIS, Tibi nunc cedant DOCTORIS  
honestos,  
Quos mox contribuet nostra hæc VVITEBER-  
GA sacrata,  
In laudem solam Magni Sanctique JEHOVÆ!  
Gaudeat his donis ECCLESIA! gaudeat  
omnis  
Coetus Sanctorum! sis tali sorte beatus!

Sicut

Sicut equis Patrum virtus tenerisq; juvenis,  
Ceu canit argutò carmine Flaccus, inest;  
Sic nati referunt animos & facta Parentum;  
Hoc exempla mihi non numeranda probant,  
Hoc quoque Roberus noster testatur abunde,  
Cujus adhuc novit Leucoris alma Patrem,  
Nam Doctor Magnuscœlestia verba sonabat,  
Atque Profesforis munere clarus erat.  
Hujus jam rectà sequitur vestigia Natus,  
Nec non conatus urget ubique Patris.  
Namque metalliferam, summâ cum laude, Fribergam,  
Starckius ut noster fecerat antè, docet,  
Quin & Doctoris quærit nunc ampla brabea,  
Ac ea, (namque meret talia puncta,) feret.  
Conserva, Deus alme, Virum, roburque ministra,  
Ut Sponsæ Christi commoda mille ferat.

MICHAEL WENDELERUS;  
Pilof. ac SS. Theol. D. Facultat. Theol.  
Assessor, Theol. P. P. Extraordinarius  
ac Moral. Philos. P. P. Ordinarius.

*F*Autor, Patrem, quem Voce, vultu, gestibus,  
Vitaque sanctimoniâ sat exprimis;  
Et dignitatum laudibus, meritis, gradu &  
Honoribus summis representantes brevi,  
Est quod Deum supplex precor. Sic mortuus  
Non est Parens Roberus, in Nato suo,  
Robero agit, vivitque. Uterque in suis  
Nepotibus Natisq; vivant, comprecor!

CONSTANTINUS Ziegra/D.&P.P.

h. t. Coll. sui Decanus.

H 3

Robore



Eusebies, RōBERE, gradum Tua cura su-  
premum

Jam prorogatis vindicat meritis sibi.  
Scilicet illustri mage sunt figenda theatro  
Qveis Te beavit, dona, Spiritus Dei.  
Excubat in placido Tibi vivida vultu,  
Facundus amnis temperat lingvam sa-  
cram :

Pectore conspicuæ pietatis flamma coruscet,  
Mentemq; multæ Palladis stipant opes  
His longum radiis Ecclesia vera fruatur,  
Tuâ per orbem se vehente gloriâ!

*Ita Plurimum Reverendo & Amplissimo  
Dno. Candidato, Fautori & Patrono  
suo atatem devenerando animitus  
gratulabatur*

JOHANNES ANTONIUS PAGENDARM,  
Hervordiensis.



Ellebia R. O. E. K. G. radon T. u. c. m. m.

dicendum

Jam propterea vindicantur sibi

scilicet hinc in re hinc in d. d. d. d. d.

Quis se beavit, donavit, d. d. d.

Excubat in alacida T. u. c. m. m. g. r. a. t. a. v. a. l. d. i.

Facundus amnis temporis h. u. g. v. a. n. t. h.

etiam

Refore conlphor pietati. N. u. m. u. s. c. o. n. s. i. l. i. e. s.

Mentem in re. T. u. c. m. m. g. r. a. t. a. v. a. l. d. i.

Hilongum radus h. e. l. l. e. s. s. v. e. r. s. t. r. a. n. t.

I. n. a. p. e. r. o. r. d. i. n. e. v. e. r. s. t. r. a. n. t.

in re. T. u. c. m. m. g. r. a. t. a. v. a. l. d. i.

in re. T. u. c. m. m. g. r. a. t. a. v. a. l. d. i.

in re. T. u. c. m. m. g. r. a. t. a. v. a. l. d. i.

JOHANNIS ANTONII FACENDARI

in re. T. u. c. m. m. g. r. a. t. a. v. a. l. d. i.





05 A 245


**ULB Halle** 3  
004 206 509



V007







I. N. J.  
DE  
**BENEFICIIS**  
SPIRITUS SANCTI  
DISSERTATIO THEOLOGICA SOLENNIS,  
QVAM  
*IN ELECTORALI AD ALBIM ACADEMIA,*  
PRÆSIDE  
*VIRO MAXIME REVERENDO, AMPLISSIMO*  
*ATQVE EXCELLENTISSIMO*  
**DN. JOHANNE Deutschmann/**  
SS. THEOL. DOCT. ET PROF. PUBL.  
ET ALUMNORUM ELECTORALIU EPHORO  
DOMINO PATRONO SUO OBSERVANTER  
COLENDO.  
PRO IMPETRANDA  
**LICENTIA**  
SUMMOS IN THEOLOGIA  
CAPESSENDI HONORES  
AD PUBLICAM ET PLACIDAM  
COLLATIONEM SISTIT  
**M. PAULUS PHILIPPUS RÖBERUS,**  
WITTEB. ECCLESIAE FREIBERGENSIS AD  
D. JACOBI PASTOR  
IN AUDITORIO MAJORI  
AD. D. IV. JULII  
HORIS ANTE ET POMERIDIANIS  
-----  
Typis MICHAELIS MEYERI.  
Anno 1671.